

toratus fuerit assecraturus lite pendenē. Rota part. 10. *decis.* 171. n. 19. Nota tamen gradum in theologia non facere quem esse preferendum sacerdoti. Rota *ib.* n. 18.

51 Quinimo gradus baccalaureatus obtentus ab habentibus facultatem conferendi, si studiis laureatus non incurberit, non juvat ad praelationem. Rota p. 11. *decis.* 140. num. 4.

52 Quinto, approbatus ad curam animarum, praeferatur non approbato. Rota part. 11. *decis.* 232. n. 11. part. 12. *decis.* 62. n. 8. Exercitium enim curae animarum, & administrationis sacramentorum valde attenditur ad effectum praelationis. Rota part. 11. *decis.* 25. n. 2. *dec.* 295. num. 7. & praecipue in beneficiis curatis. Rota p. 12. *decis.* 160. n. 7.

53 Sexto, Confessarius approbatus ad audiendas confessiones praeferatur non approbato, neque habenti facultatem illas audiendi. Rota part. 11. *decis.* 295. n. 7.

54 Septimo, non beneficiatus praeferatur beneficiato. Rota part. 3. *dec.* 61. num. 4. part. 11. *dec.* 210. num. 3. & *dec.* 295. num. 8. part. 12. *dec.* 160. num. 3. & *dec.* 177. num. 2. & *dec.* 301. num. 9. part. 17. *dec.* 393. n. 19. Regul. Cancellariae 17. de concurrentibus in data ibi.

56 Non beneficiatus beneficiatum assecutione praeferatur. Praesentia ubi non beneficiatus sit pauper in concursu beneficiati. Rota part. 10. *decis.* 356. num. 8. Fortius vero si beneficia plura, & magni valoris possideat. Rota part. 12. *dec.* 120. num. 5. & 9. Pauper enim praeferatur in concursu divitis. Rota part. 12. *decis.* 160. num. 3. *dec.* 177. num. 3. part. 17. *dec.* 393. num. 19. part. 18. tom. 2. *dec.* 84. num. 2. iuxta tex. in cap. Is cui 19. de *Prab.* in 6. not. Gloss. in cap. Dudum 14. de *electiō.* Verb. Intitulatum.

57 Octavo, Senior praeferatur juniori; Rota part. 3. *decis.* 61. num. 1. part. 10. *decis.* 171. n. 4. part. 11. *decis.* 252. n. 2. & *decis.* 239. n. 10. part. 12. *decis.* 160. n. 4. Major enim aetate majorem arguit prudentiam, experientiam, & maturitatem, Rota part. 12. *decis.* 62. n. 3. & ideo in beneficiis obtinet praelationem. Rota part. 11. *decis.* 295. n. 3. & *dec.* 296. sub n. 4.

58 Nono, praesens in curia praeferatur absentis. Regula Cancellariae 19. de concurrentibus in data, ibi: *Ac inter personas alias in curia praesentes absentibus ab ea. Beneficiarius aetate praeferatur.* Rota part. 3. *decis.* 219. num. 6. part. 16. *decis.* 238. num. 9. p. 17. *dec.* 252. num. 17. & *dec.* 393. num. 20. part. 18. tom. 2. *dec.* 461. num. 2. & sequent.

59 Decimo, Nobilis praeferatur minus nobili. Rota p. 13. *dec.* 61. num. 7. & *dec.* 219. num. 5. part. 18. tom. 2. *decis.* 461. num. 2. & *seq.* & *dec.* 584. n. 2.

60 Undecimo, Sacerdos praeferatur non Sacerdoti. Rota part. 3. *dec.* 61. num. 4. part. 12. *dec.* 62. num. 4. & *dec.* 160. num. 4. Etiam si beneficiatum non sit sacerdotale.

61 Rota part. 12. *dec.* 62. num. 5. & *dec.* 240. num. 5. Sacerdos etiam repertus habilis semper praeferatur simplici Clerico. Rota part. 16. *dec.* 203. num. 5. Quandoque tamen praeferatur Clericus etiam factus immediate ante examen, si ceteris doctior, & habilior ab Examinatoribus reputetur, quando constitutio synodalis disponit, ut beneficium habere debeat, qui alios scientia excellit. Rota part. 19. tom. 1. *dec.* 115. num. 11.

62 Duodecimo, Sacerdos antiquior praeferatur Sacerdoti juniori. Rota p. 11. *dec.* 225. n. 12. & *dec.* 296. sub n. 4. part. 12. d. 62. num. 6. nisi agatur de beneficio, in quo solum requiritur, quod quis sit Presbyter, & idoneus. Rota part. 12. *dec.* 481. n. 1.

63 (Licet facti hinc conformia omnia, ut provisio beneficiorum bene & laudabiliter fiat, superscripta videantur si aliquis recognoscere voluerit, quae ultimata circa haurum nominationum methodum determinata inveniantur) decreti regii 24. *Septembris* ann. 1784. non obliviscatur praesentiam idem curet habere, repetiturque in eo noviter inventa distinctio, quae in quacumque beneficiario consultatione ad regiam nominationem erit observanda, & praesentia personarum ad eorum obtentionem designatur.)

65 Inhabiles, & incapaces ad beneficia ecclesiastica assequenda, sunt: Primo, Haeretici, & eorumque fautores,

receptores, defensores, necnon filii eorum usque ad secundam generationem; cap. Quicumque 2. de *Haeretico* in 6. §. Haeretici autem, ibi: Haeretici autem, credentes, receptores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filii usque ad secundam generationem ad nullam ecclesiasticam beneficium, seu officium publicum admittantur; quod si secus actum fuerit, decernimus irritum, & inane; sic etiam schismatici, arg. c. Quia diligentia 5. de *electiō.* ubi electio schismatici ad unionem ecclesiae redeuntis dispensatione solum permittitur confirmari, ac notat Abbas *ibidem* numer. 1. & Barbosa n. 2. & alii. Paulus Quartus in *constitut.* incipit. Cum ex Apostolatus edita 15. *Kalendaris Martii* 1559. praescripte statuit, ut haeretici, & schismatici ultra sententias, & penas à variis Pontificibus inflictae, sint ipso jure privati omnibus ecclesiis, etiam cathedralibus, metropolitaniis, parochialibus, ac quibuscumque dignitatibus, & beneficiis ecclesiasticis. S. Pius V. in *constitut.* etiam incip. Cum ex Apostolatus edita 6. *Kalendaris Februarii* 1567. reservavit Sedi Apostolicae beneficia propter haeresim vacantia, declaravitque illa non comprehendi in imperationibus, in quibus modus vacationis propter crimen haeresis non sit expressus. Gregorius XIII. in *constitut.* incip. In ecclesiis edita *Ibidem* *Novembris* 1580. decrevit, dispositiones beneficiarum factas apostolica, vel ordinaria auctoritate in personis haeticorum, aut ab eis descenditum, vim, & effectum non habere, & beneficia hujusmodi uti prius vacare. Unde licet Concilium Constantiense habilitasset schismaticos ad beneficia conferenda, vel obtinenda, & illius dispositio sublata non esset ex Concilio Lateranensi; tamen cum in hoc contrarium decreverat Paulus IV. S. Pius V. & Gregorius XIII. in *citat. constitutiō.* standum erit illorum Extravaganantium tamquam posterioribus. Ad hoc enim ut constitutio posterior tollat priorem conciliarem, non est opus ut specialiter deroget Concilio Generali, quia haec derogatio requiritur tantum in privilegiis, & literis gratiae, iuxta textum in v. *Ex* part. 3. de *Capell. Monachor.* Et c. *Eam* te 4. de *etate*, & *qualitate.* Non autem in constitutionibus, quae fiunt per modum legis universalis, ut est casus in cap. *Licet* t. de *constitutiō.* & ibi Gloss. Archidiaconus, & omnes notant communiter.

Secundo, incapaces sunt ad beneficia, qui illa obtinent ad preces haeticorum, & ipso facto privati sunt, si obtinent, & inhabiles sunt ad illa, c. *Quicumque* 2. de *Haeticis* in 6. §. Ad haec, ibi: Ad haec quocumque viros Ecclesiasticos, qui ad preces hujusmodi pestilentium personarum, dignitates, personatus, & quacumque alia ecclesiastica beneficia sunt adepti, et tunc privamus taliter acquisitis, volentes, quod tales & habitus careant perpetuo, & si receperunt illa scienter, ad alia, vel similia nequaquam imposterum admittantur.

Tertio, inhabiles, & incapaces ad beneficia sunt excommunicati excommunicatione majori, suspecti, & interditi, & collatio beneficij, sicuti & electio ad illud, nulla est, ipsoque Jure irrita, si fiat excommunicato excommunicatione majori, vel suspenso, aut interdicto, prout patet *ex* cap. Cum *Dilectus* 8. de *consecratiō.* cap. Ad haec 1. de *Postulatiō.* & *Praelatō.* & cap. *Postulatus* 7. de *Clerico.* excommunicato. Qui beneficium confert excommunicato, praeter excommunicationem minorem, quam incurrit ipso jure, suspenditur ad collationem ejusdem beneficij, ut ita puniatur in eo, in quo peccavit cap. Cum in *cunctis.* §. Clerici, de *electiō.* à collatione vero aliorum beneficiorum, non est ipso jure suspensus, sed post binam monitionem suspendi debet, ut habetur in cap. *Postulatus.* de *Clerico* excomm. *ministr.* Sarrus *lib.* 2. *cap.* 5. num. 3. *Corneo* in 3. part. *tract.* 5. de *excomm.* *disp.* 10. §. 7. *du.* *unic.* *quest.* *ult.* Dicitur notante: *Excommunicato excommunicatione majori,* quia si beneficium conferat excommunicato excommunicatio minor, vel hic ad illud eligatur, collatio, aut electio non est ipso Jure irrita, sed solum irritanda per sententiam Judicis, ut colligitur *ex* cap. Si *celebrat* 10. de *Clerico* excomm. *ministrant.* Ubi de excommunicato excommunicatione minori dicitur; *si tamen scienter vult electus fuerit, ejus electio est irritanda;* & consequen-

quenter non est ipso Jure irrita, cum hoc nusquam alibi sit expressum, simulque haec materia veluti odiosa, & penaliter sit restringenda. Barbo. in *cir. cap.* Si *celebrat*, num. 3. *Pirthing*, de *Clerico* excommunic. *ministrant.* num. 47. *Passerinus* cap. 25. de *electiō.* num. 475. *Suares* *disp.* 24. de *Censuris* *sect.* 2. num. 2. *Lessius*, & alii. ¶ Unde propter illa verba: *Si tamen scienter talis electus fuerit,* tuetur Avila part. 2. *cap.* 6. *disp.* 12. *du.* 4. *concl.* 4. electionem ad beneficium excommunicati excommunicatione minori non esse irritandam, si electores illam ignoraverint, ne vocola illa scienter sit omnino superflua, ut de facto esset, si electio talis excommunicati ad hoc cassanda esset, sive ignoranter, sive scienter facta fuisset ab electoribus. Glossa tamen in *cir. cap. ult. vers. scienter,* vult vocem illam *scienter* referri non ad electores, sed ad ipsum electum, ita ut sensus illorum verborum sit: Si tamen scienter talis, id est, sciens minorem suam excommunicationem, atque inhabilitatem electus fuerit, irritandam esse ejus electionem, sive sciverint electores, sive ignorant; ignorantia enim electorum non facit cum habilem, & causa in hoc cap. signata nihilominus remanet. Aliam questionem subdit Glossa *loc. cit.* an scilicet qui talem scienter eligunt, priventur voce, seu jure eligendi; & respondit affirmativè §. de *elect.* cum in *cunctis*. & cap. *Scriptum* in fin. *Glossam* sequuntur *Alterius* de *cons.* tom. 1. *disp.* 4. *cap.* 2. §. *Requiratur etiam,* & *Richardus* in 4. *dist.* 18. *art.* 7. q. 4. *quod* opinio negativa magis arduè Sebastianò à Bononia *tract.* de *elect.* part. 2. *cap.* 2. *du.* 61. num. 12. & *Gordono* tom. 2. *lib.* 7. *cap.* 4. §. 3. num. 26. quibus adheret Diana p. 5. *ir.* 9. *resol.* 132.

Obiter hic notandum primo, absolutum pro foro interno, si antequam pro foro externo absolvatur, obtineat beneficium, posse tunc conscientia illud retinere, quia vera, & valida fuit collatio quoad forum internum, si quidem facta fuit non excommunicato pro foro interno. Ita docent P. *Suares* tom. 5. *disp.* 4. *sect.* 7. num. 27. *Trullench.* in Bull. *Cruc.* lib. 1. §. 7. *cap.* 2. *du.* 11. num. 2. apud *Mendo* de Bull. *Cruc.* *disp.* 25. num. 129. Esto possit ille accusari apud Judicem, qui privare ipso potest beneficio, eo quod non iudicat de occultis, & collatio beneficii facta excommunicato sit nulla; ille autem erat pro foro externo excommunicatus, cap. *Postulatus.* de *clerico* excommunicato; Covarrub. in cap. *Alma* mater part. 1. §. 7. num. 1. & *communis.* Consequenter ad dicta absolutum pro foro interno, pro illo faciet fructus suos, si beneficium habeat.

Notandum secundo, si excommunicato conferatur à Pontifice beneficium, & in Rescripto, aut Bullis Apostolicis apponatur ea Clausula, quae juxta styllum Curiae solet apponi, nempe Pontificem absolvere eum, cui beneficium indulget, ad omni censura, ad effectum dumtaxat ejusmodi Rescripti consequendum, validam fore beneficij obtentionem, cum tunc temporis, quando beneficium obtinet, & perducit Rescriptum ad effectum, ille non sit excommunicatus, sed absolutus, esto illico in censuras reinlicit, & quoad alia eius ligatus sit. Ita *Garcias* de *Benefic.* part. 7. e. 13. d. n. 59. *Barbosa* de *Clau.* *clausula* 179. ¶

Quarto, Irregulares sunt inhabiles, & incapaces; cap. *Henricus* 2. de *Clerico.* pugnantibus in duell. *cap.* Si *celebrat* 10. de *Clerico* excommunic. *ministrant.* Et *cap.* Ex *litteris* 2. de *Clerico* non ordinar. *ministrant.* & colligitur *ex* cap. *Praecipimus* 10. d. 34. & c. Non *confidat.* 59. *dist.* 50. ubi irregulares etiam à susceptione ordinum repelluntur. Rota part. 5. t. 3. *decis.* 602. n. 15. part. 12. *decis.* 210. n. 11. Immo neque possunt beneficia optare. Rota part. 5. t. 2. *decis.* 602. n. 16. Et collatio ipsis facta est jure nulla. Rota p. 4. *dec.* 291. n. 6.

53 Quinto, Inhabiles, & incapaces sunt infames; *ex* Regula 37. *Juris* in 6. ibi: *Infamibus* porte non *pateant* dignitatum. Rota part. 12. *dec.* 305. n. 6.

54 Sexto, Inhabiles, & incapaces sunt furiosi, seu mente capti. Rota part. 2. *decis.* 190. n. 3. Laborantes morbo caduco. Rota part. 2. *dec.* 236. n. 2. Sparii. Rota p. 16. *dec.* 43. n. 2.

55 Septimo, Inhabiles, & incapaces sunt simoniaci,

cap. Si alienus de *electiō.* cap. Nobis fuit 27. de *Simonia*, *Extrav.* Cum detestabile, de *simonia* inter *communes.* S. Pius V. in *constit.* incip. Cum primum. Et in alia incip. 76. *Intolerabilis*, Rota part. 12. *dec.* 305. n. 2. & *dec.* 396. num. 5. *Sodomite*. S. Pius V. in *constit.* incip. *Horrendum.* *Stupratorum.* Rota part. 16. *decis.* 323. num. 20. Omnesque indigni, Inhonesti, & hujusmodi. Concil. Lateranens. IV. cap. 30. Concil. *Coloniens.* IV. part. 1. 78. cap. 4. Concil. *Senonens.* in *decretis* *morum* cap. 8. cap. *Grave* nimis 29. de *Prab.* Concil. *Tridentin.* sess. 22. cap. 4. de *reformat.*

Octavo, incapaces sunt beneficiorum Clerici uxorati. 79. *Conc. Lateranens.* III. in *append.* cap. Si qui *Clericorum* 1. c. *Sane* 2. c. *Quod* à te 3. de *Clerico.* *conjugatis.*

Nono, pueri ante decennium incapaces sunt beneficiorum. Concil. *Lateranens.* III. in *append.* tit. *Quibus*, & *quando* cap. 1. *Conc. Senonens.* in *decretis* *morum* c. 8. & 9. Concil. *Lateranens.* IV. cap. 30. *Conc. Raven.* nat. II. sub *Clemen. V.* cap. 16. cap. Super *inordinata* 35. de *Prabendis.* *Sed* *ex* *Conc. Trid.* sess. 23. cap. 6. & de *reformat.* quilibet Clericus est incapax beneficij ante annum 14. Et beneficij Curati est incapax, qui non habet annos 25. *Idem* *Tridentinum* sess. 24. cap. 12. de *reformat.* *Vide* *verb.* *Aetas* num. 10. 11. 12. & *seq.* ubi assignatur aetas pro quolibet beneficio requisita. Insuper beneficij curati est incapax, qui nescit loqui de idioma illius nationis, in qua habere vult curam. Urbanus VIII. const. 6. *in* *cap. Sanctissimus* cap. 20.

Decimo, filii illegitimi Clericorum in ecclesiis, ubi eorum parentes habent beneficia, vel ante habuerunt, quodcumque beneficium obtinere non possunt; sic *ex* *Presse* Concil. *Trid.* sess. 25. de *reformat.* cap. 5. ibi: « Ut paterna incontinentia memoria à locis Deo consecratis, quos maxime puritas, sanctitasque decet, longissime arceatur, non liceat filiis Clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, in ecclesiis, ubi eorum patres beneficium aliquod ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcumque etiam dissimile beneficium obtinerent, nec in dictis ecclesiis quovomodo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quae parentes eorum obtinent, vel alia habuerunt, habere, » & colligitur *ex* cap. Ad *praesentiam* 2. *cap.* Cum *decorem* 15. & *cap.* Ad *abolendam* 16. de *Filiis* *Presbyter.* Et haec 84. prohibito procedit non solum de filiis illegitimis presbyterorum in sacerdotio genitis, sed etiam de naturalibus procreatis ante Clericorum parentum, prout à Sac. Congregatione Concilii fuisse decisum refert *Garcias* part. 2. de *beneficij* c. 3. n. 15. & sequitur *Barbosa* de *off.* & *potest.* *Episc.* part. 3. *alleg.* 45. n. 6. cum aliis.

Undecimo, filii etiam legitimi Clericorum nequeunt immediate succedere in beneficiis paternis. cap. *Quoniam* 10. *Ad* *extirpandas* 11. *cap.* *Michael* 13. de *Filiis* *presbyteror.* Rota part. 4. tom. 1. *decis.* 12. sub num. 1. Dicitur tamen notante *immediate succedere*, quia filius legitimus non prohibetur patri mediante succedere, si videlicet post patrem intercesserit alia persona media, cui beneficium illud collatum fuit; cap. *Ex* *transmissa* 7. de *Filiis* *presbyter.* tunc enim cessat species successiois hereditariae, quae est motum prohibitionis, cum tales hereditariae successiones fuerint semper reputatae iniquae, detestabiles, ac sacris canonibus inimicae, ut c. *Apostolica* 7. *caus.* 8. q. 1. *cap.* Ad *extirpandas* 11. de *Filiis* *presbyteror.* & *cap.* *Acceptimus* 2. de *palis.* Et dicitur etiam 86. non potenter succedere, quia aliud beneficium dissimile non prohibetur filius legitimus habere in eadem ecclesia, in qua pater ministrat, *textu clar.* cap. Ad haec 12. de *Filiis* *presbyter.* Immo potest filius legitimus praesae ecclesiae, in qua pater sine titulo quandoque ministravit, *textu expresso* cap. *Constitutus* 8. de *Filiis* *presbyteror.* Aliis autem 88. tem solus Papa potest dispensare, ut filius etiam legitimus in ecclesia paterna, seu beneficio à patre praehabito immediate succedat; *textu evidens.* cap. *Dilectus* 11. de *Filiis* *presbyter.* Immo hac pontificia dispensatione indiget filius legitimus ad succedendum immediate patri etiam in beneficio de Jurepatronatus, ad quod in fundatione sunt vocati proximiores de genere; Sac. Congr. *Conc.* 23. *Augusti.* 1631.

90 Duodecimo, filii, ac nepotes offendendum Cardinalibus efficiuntur inhabiles ad ecclesiastica beneficia obtinenda, textu expresso *cap. Felicis vers.* Quod si quis praedictorum, de panis in 6.

91 Beneficia ecclesiastica secularia conferri nequeunt Canonice Regularibus Lateransibus, aat SS. Salvatore, absque indulto Apostolico. *Benedict. XIV. tom. 1. Bullar. 135. incip.* Quod inscruabili. Vide *verb. Concursus art. 1. a n. 38. ad 56.* Beneficia curata, aut residentialia conferri nequeunt Presbyteris, aut Clericis Congregationis missionis. Idem *const. 69. incip.* Quo magis §. 4.

92 Beneficiorum parochialium, & Vicariorum tam secularium, quam Regularium capaces esse Canonicos Regulares Praemonstratenses, etiam non intercedente apostolica dispensatione, definit idem Pontifex in Bulla 33. tom. 3. *incip. Oneroso.*

93 De filiis illegitimis Clericorum circa beneficia parentum in eadem ecclesia &c. vide *verb. Irregularitas.*

94 Filius legitimus consequi prohibetur beneficium a patre praebitum, esset enim species hereditariae successione. Nihil tamen vetat quominus pater possit obtinere beneficium a filio praebitum. Quod verum est etiam de patre respectu beneficii a filio illegitimo obtenti, ut ex responsione Sac. Congregat. De *synod. Diaeces. lib. 13. cap. 24. §. 15. nov. edit.*

95 Illegitimi autem filii quoad hoc etiam illi censentur, qui postmodum legitimi sunt, non vero illi, qui post subsequens matrimonium legitimitati habentur, ut partim ex decretis Sac. Congr. partim ex Fagnano; *ibid. §. 16.*

96 Num vero filio obtinere beneficium fas sit, quod pater quidem habuit, sed ab eo transiit in tertium, & ab isto in eundem filium; responderit, filio legitimo id quidem non prohiberi, *ex cap. Ad extirpandas, de fil. Presb. illegitimis* vero non licet, ut ex Bulla Clementis VII. & responsis Sac. Congr. *ibid. §. 18.*

97 Nepos vero legitimus ex patre illegitimo natus obtinere a vii beneficium non vetatur, ipso licet avo vivente, ut ex responsis Sac. Congr. *ibid. §. 19.*

98 Agit *Audi. ad num. 1. ad num. 42.* de qualitatibus de jure requisitis in iis, quibus beneficia sunt conferenda, & primo loco recensentur legitimitatem. Primis vero ecclesiae seculari non solum nulla erat sanctio, quae illegitimos arceret ad ordines, & ministeriis ecclesiasticis; sed expresso jure cautum erat, illegitimos admitti debere ad ordines, ac dignitates ecclesiasticas, dummodo moribus, ac virtute commendarentur, quia creditum fuit, non paternam, sed propriam culpam quemcumque condemnare debere. Confer. *Christián. Lup. tom. 3. scolior.*

99 Saeculo decimo primo Urbanus II. in ecclesia statuit, ut filii presbyterorum sacris ordinibus non initiarentur, nisi aut in conobis, aut in canonica regulari vita religiosa fuerint conversati, ut ex *ejus canone apud Gratian. dist. 57. cap. 1.* apposite notant Hericourt in *leg. eccler. suo ordin. rest. part. 3. cap. 4. art. 2. in princ.* & Van Espen. *Jur. eccler. univers. part. 2. tit. 10. c. 3. n. 4.* Delinde Patres Concilii Pictaviensis sub Paschali II. successore Urbani II. hanc prohibitionem protraxerunt ad quoscumque illegitimos, sive ex presbyteris, sive ex laicis procreatos, ut ex *can. dist. Concil. relas. in c. 1. decretal. de fil. presb. praeter allegatos* monet Gonzal. in *comment. ad dist. c. 1. de fil. presb. idque non ex rationibus illis, quae vulgo afferuntur, sed ut obviam irent potentiae Comitum, & Baronum, qui filios suos illegitimos ecclesiam intrudebant, quod grande praebat scandalum, ut observat Bohemer. in *animadvers. ad Fleur. Instit. Jur. eccler. part. 1. cap. 11. §. 8. lit. 2.* Vide etiam de his omnibus Rot. in *Hildesim. Manuentionis 17. Martii 1749. §. 13. coram R. P. D. Bileham.**

100 Possunt vero illegitimi minores ordines, tum beneficia, quibus non imminet cura animarum, ex Episcopali dispositione obtinere, *cap. 18. de filiis presb. dummodo non agatur de beneficiis in ecclesiis, in quibus Patres habent, aut habuerint beneficia, cap. 2. de seq. eod.*

101 Requisitum Clericatus *Auctor* afferit secundo loco, Canones tam antiqui, quam recenti ad *beneficis ortis, &*

rebus ecclesiae possidendis, & administrandis semper laicos amoverunt. Per id temporis, quo ordines ad beneficia minime fuerunt sancti, Episcopi laicis probate vitae conferabant ordines ecclesiasticos simul & beneficium, eos in ordinatione ipsa describendo inter matricularios Clericos, de proveniendis certae ecclesiae viventes. At ex quo introducta fuit separatio beneficiorum ab ordinibus, non nisi Clericis prima saltem tonsura initiatis, *mera beneficia ecclesiastica* donarunt. Laicis pauperibus distribuabant beneficia non mera ob positionem redditum communium eis debitam, scilicet bona beneficiorum temporalia sine aliquo spirituali jure vel ministerio, ut erant praedia ecclesiastica beneficio, vel precario nomine concessa; *Gagliard. de benefec. cap. 9. a n. 3. ad n. 11.*

102 In beneficiis de Jurapatronatu licet patronis praesentare laicos sub conditione, dummodo Clericatus intra tempus datum ad praesentandum superveniat. An vero valida sit collatio beneficii facta cum clausula: *Si quum primum ad Clericatum fuerit assumptus*, tum an valida sit collatio beneficii facta eo die, quo quis ordinatus fuit, necnon de aliis id genus questionibus consule *Ventrigl. in prax. tom. 2. adnot. 7. a n. 8. ad plur. seq.*

103 De requisito aetatis dixerit *Auctor* tertio loco. Nihil vero antiqui canonices de aetate statuere videntur. Sed eam prudenti Episcoporum arbitrio reliquerunt, quum Apostolus 1. ad Timotheum. *c. 4. scripserit: Nemo adolescentiam tuam contemnat.* Quo factum est, ut primis saeculis ecclesiae Summi Pontificis, & cum primis Siricius in *can. Quicumque, Zosimus in can. Singulis dist. 77.* Pueros ab infantia in ecclesiasticis ministeriis, ante pubertatem inter Lectores etiam, & Exorcistas adscriptos probaverint. Ex quo vero tempore certa aetas praefinita in ecclesia fuit ad beneficia, tum de varia in hoc aetatis requisito disciplina, Consule *Gagliard. de benefec. dist. c. 9. a n. 17. ad n. 20.* Conferenda etiam sunt, quae diximus in addit. ad *verb. Aetas.*

104 De coelibatu quarto loco, & de literis quinto loco verba facit *Auctor.* An ne nimis sumus, tum de his, tum de eo an beneficia conferri possint dignis, omissis dignioribus, ad *Gagliard. dist. trad. c. 9. a n. 26. ad plur. seq.* Solent quandoque ad fundatoribus nonnullae etiam beneficiis praescribi qualitates, *Quod dicitur, Sacerdotium, & aliae id genus.* Sed de qualitatibus hisce plures, easque utiles quaestiones alibi discutietis.

105 De Praelatione in beneficiis tractat *Auctor* ad n. 44. ad n. 64. & quidem plene. At nihilominus sequentia addenda censuimus.

106 Qualitas filii ex patronis, quae in concursu extranei praelationem tribuit, eundem effectum haud operatur concurrente altero, qui sit de sanguine fundatoris, & in pari gradu ipsi fundatori. Quod dicitur, in discordia patronorum praesertendum esse praesentatum a masculino praesentato a femina, id procedit, quando praesentatio facienda est a masculino, & femina unitim per modum Collegii, non item quando patroni utriusque praesentant, ut si patronatus pro una parte pertineat ad masculum, & pro altera parte ad feminam; *Rot. in Coloniens. Personatus 19. Januar. 1748. §. 7. & seq. coram Illustr. Molin.*

107 Praerogativa sanguinis, & qualitatis patronalis praelationem nentiquam tribuit, si concurrat alter consanguineus, qui non si actus, habitu sit patronus, ut in patronatu gentilitio sit filius, qui post mortem parentis in illud est successurus; *Rot. in Brundistina beneficii 20. Martii 1747. §. 9. & in confirmatoria 19. Junii ejusdem anni §. 12. coram Reverend. P. D. Bussio Decano.*

108 Si fuerit dictum, ut in Jurapatronatu semper magis conjunctus, & magis idoneus praefertatur, is est praefertendus, qui praerogativa senii, virtutum, & sacerdotii alterum vincit. Major idoneitas utrum attendenda sit respectu beneficii? Qualitas originis, aut domicilii, aut pauperitatis, an attendatur ad effectum praelationis? *Adi Rotam in Rom. Benefec. 26. Junii 1744. coram bon. mem. Peralta.*

109 Denique *Auctor* ad n. 65. ad finem. de iis dixerit, qui inhabiles sunt ad beneficia assequenda. De filiis illegitimis Clericorum, qui in ecclesiis, in quibus patres habent, vel habuerint beneficia, prohibentur habere quodcum-

cumque beneficium, tum de filiis etiam legitimis Clericorum, qui nequeunt immediate succedere in paterna beneficia, consule *Murg. de benefec. quart. 2. a n. 91. ad plur. seq.* late de utroque hoc argumento disserentem.

110 Illud hic non est omittendum, quod probata qualitate sororia inter duas ecclesias, illegitimus assequi haud potest beneficium in una ecclesia sororia, si ejus pater beneficium habeat in altera ecclesia sororia; *Rot. in Carraugustana Canonica 2. Julii 1742. coram Rev. P. D. Bussio Decano.*

ARTICULUS VI.

Beneficia quoad pluralitatem, & incompatibilitatem.

SUMMARIUM.

1 PLURALITAS beneficiorum omnibus interdicta, ad n. 3.

2 Eorumque retentio peccaminosa est, ad n. 9.

3 Nec juvat dicere, quod a Papa sint imperata, ad n. 13.

4 Aut quod super tali retentione Papa tacite dispensaverit, ad n. 15.

5 Aut quod talis consuetudo sit universaliter introducta, ad n. 20.

6 Qualis beneficiorum sufficientia statuenda sit ad honestam Beneficiati sustentationem, ad n. 30.

7 Qualis dispensatio requiratur ad licitam plurium beneficiorum retentionem, ad n. 53.

8 De beneficiis sub eodem teño uniformibus, aut difformibus, ad n. 62.

9 Episcopos quando possit dispensare, vel non in hac materia, ad n. 71.

10 Alia ad rem remissio.

11 Insurgunt supplementa ex aliena manu, ad n. 82.

12 PLURALITAS beneficiorum est prohibita eidem personae cujusvis dignitatis, etiamsi Cardinalatus honore fulgeat; *Concil. Trident. sess. 24. cap. 17. de reform. ibi: Cum ecclesiasticus ordo pervertatur, quando unus plurium officia occupat Clericorum, sanctae canonibus cautum fuit, neminem oportere in duabus ecclesiis conscribi. Verum quoniam multi improbae cupiditatis affectu seipsos, non Deum decipientes; ea quae bene constituta sunt, variis artibus eludere, & plura simul beneficia obtinere non erubescunt, sancta Synodus debent regendis ecclesiae disciplinam restituere cupiens, praesenti decreto, quod in quibuscumque personis quovcumque titulo, etiamsi Cardinalatus honore fulgeant, mandari observari, statuit, ut imposterum unum tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferatur.* Et colligitur ex *Conc. Later. III. in append. tit. Uni plura cap. 2. & cap. Sanctorum 2. dist. 70. & cap. Singula 1. dist. 89. cap. Presbyteros 38. caus. 16. quart. 1. cap. Clericus 1. cap. Clericum 2. caus. 21. quart. 1. & cap. Quia in tantum 5. de Praebend. ubi Alexander III. dicit, quod multitudine praebendarum canonibus inimica dissolutionis materiam, & evagationis inducit, certumque continet periculum animarum. Et extravaq. Execrabilis de Praebendis, ubi Joannes XII. sic declamat contra pluralitatem beneficiorum obtinentes, ibi: "Unde inter cetera inconvenientia subscripta sequuntur, quod videlicet interdum unus, qui unum quavis modicum vix officium implere sufficeret, plurimorum sibi vindicet instipendia, quae multis literatis viris vitae private ac testimonio bonae famae pollentibus, qui mendicant, possent abunde sufficere, aequa distributione collata. Habentibus ipsa paratur vagandi materia, divinus cultus minuitur, hospitalitas in ipsis beneficiis debita non servatur. Et dum non sunt sui in unaquaque regione Rectores, ecclesiarum detrahunt commodis, & honori, quae carentes defensorum auxilio in Juribus suis, & libertatibus, multipliciter collabuntur, & ruinis patent adificia nova, quae magnificentiae extruxerunt decessorum. Et (quod amarissime est dolendum) animarum cura negligitur, & vitiorum sentibus fomentum periculose praebetur."*

Pluralitas beneficiorum ab eodem simul retentorum redditur incompatibilis generatim loquendo ex duplici capite, scilicet vel quia ipsa beneficiorum institutio non permittit, ut plura ab eodem administrentur, vel quia unum eorum ad honestam beneficiati sustentationem sufficit, nam tunc plura beneficia, licet ceteroquin compatibilia, simul retineri nequeunt. Quod incompatibilitas plurium beneficiorum ab eodem simul retentorum oriatur primo ex ipsa beneficiorum institutione, talem pluralitatem in eodem non permittere, pater aperte in beneficiis, quae vel Jure communi, vel ex consuetudine, statuto, seu fundatione, continuam residentiam personalem postulant, ut sunt duo episcopatus, duo parochiae, duae dignitates, duo canonicatus, aut duo hujusmodi officia ecclesiarum cathedralium, & collegiarum personalem residentiam requirentia, juxta Concilium Trident. *sess. 24. de reform. juncto cap. Quia nonnulli 3. & c. Inter quatuor 10. de Cleric. non resident.* Quia enim nullus in duobus locis simul existere, atque personaliter residere potest, sequitur evidenter, quod sint incompatibilia, ac proinde simul ab eodem retineri non possint beneficia illa, quorum quodlibet requirit continuam residentiam personalem; *arg. cap. Ad haec 13. cap. Praeterea 14. cap. Cum non ignores 15. & cap. De multa 27. de Praebend. & expresse Rota part. 1. decr. 124. & part. 7. decr. 703. num. 3.* Et quod incompatibilitas beneficiorum oriatur etiam ex secundo capite, scilicet ex eo quod unum ipsorum ad honestam beneficiati sustentationem sufficit, licet ceteroquin de se sint compatibilia, in eodem habetur clare ex Tridentino *sess. 24. cap. 17. de reformatione: ubi praemissa illa generali ratione, quod ecclesiasticus ordo pervertatur, quando unus plurium officia occupat Clericorum... statuit, ut imposterum unum tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad vitam vejus, cui confertur, honeste sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri; & colligitur ex *cap. Conquerente 6. de Clericis non residentib. & cap. Cum teneatur 6. de Praebend.* in quorum ultimo habetur etiam; ad mandatum Papae non esse providendum illi de beneficio, qui aliud beneficium habeat, de quo valeat commode sustentari, nisi forte in literis ipsi de hoc mentio habeatur; & expresse *Rota part. 19. tit. 1. decr. 281. num. 18. & Annotat. ad decr. 254. num. 66. 67. 68. part. 9. tom. 1.**

Unde retinet sine justa dispensatione plura beneficia, quorum unum sufficit ad sui honorem sustentationem, peccat mortaliter, & est in statu damnationis aeternae; Sic expresse Glossa communiter recepta in *cap. Dudum 54. de electione, verb. Retinere, ibi: Nota, quod qui habet plura beneficia, quorum alterum per se sufficeret, non potest sine mortali peccato retinere aliud, & colligitur ex *cap. Quia in tantum 5. de Praebendis, ubi Alexander III. dicit, quod multitudine Praebendarum canonibus inimica... certum continet periculum animarum & ex Concil. Trident. sess. 2. cap. 17. ubi praemissa plurium beneficiorum retentionis prohibitione, dicit, quod qui improbae cupiditatis affectu plura beneficia simul obtinere non erubescunt, non Deum, sed seipsos decipiunt; ibi Scipios, non Deum decipientes.* Cujus dispositioni, dicit *Barbosa. de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 62. num. 2. Cujus dispositioni si quis contraire intendit, mortifere peccabit. & vivet in statu damnationis; & sic tenet S. Bernardus epistol. 271. ad Comitem Theobaldum; & lib. 3. de considerat. ad Eugenium Papam cap. 6. Abbas in *cit. cap. Dudum de electione, num. 36. Navarrus cap. 25. Manual. 125. Azorius p. 2. lib. 6. cap. 10. quart. 2. & 71. asserens pluralitatem beneficiorum quorum unum honeste Clerici sustentationem sufficiat, Jure etiam naturali damnatam esse; Silvester *verb. Beneficium cap. 3. quart. 1. in fin.* *Pluralis secus in praxi Episcop. part. 2. cap. 15. art. 1. num. 83.* Layman, Parisius, Sandig, alique sepe communiter cum *Reiffens. lib. 3. tit. 5. de Praebend. num. 214. & Fagnan. in cap. Quia in tantum 4. de Praebend. n. 16. Unde con-****

concludendum est cum Divo Bernardo relato à Divo Thomæ quodlibet. 9. art. 15. Qui non unus, sed plures est in beneficiis, non unus sed plures erit in supplicibus. Et de facto multa habentur horribilia exempla eorum, qui propter pluralitatem beneficiorum æternaliter damnati sunt, ut referunt Johannes Gely in navisatorum turb. 28. Villadiego, & alii citat. in annotat. ad decis. 90. n. 29. & in annotat. ad decis. 254. n. 68. p. 9. t. 1. *Rota Romana.*

10 Nec valet, quod se excusent illi, qui insatiabili siti deglutunt plura beneficia ecclesiastica sub fragili prætectu, quod illa impetraverint à Papa, ideoque à tali pluralitate à Jure, & à Tridentino prohibita, dicantur dispensati, & quæcumque in contrarium facientia sublata, maxime stante in literis apostolicis clausula, non obstantibus &c. vel motu proprio. Non valet, inquam, quia ut solide cavetur in annotat. ad decis. 90. num. 69. & sequent. p. 9. tom. 1. *Rota Romana recent.* respondetur, ad prædictum effectum imaginariarum tale clypeum hoc pro nihilo deservire, quia Jura, & Concilium Tridentinum nullatenus prohibent collationem, ut advertit *Rota coram Cardinali Serafini. decis. 774. sub num. 3. vers. Non facere &c. ubi etiam testatur, id jam fuisse resolutum per Eminent. DD. Cardinales Sacri. Congreg. Concilii.* & sic in Rota in aliis causis receptum, & deinde ita etiam fuit dictum coram Buratto decis. 248. n. 2. vers. Quia vero ad beneficium simplex. Adde etiam decisionem in causa *Assisiensis Beneficiorum g. Martii 1587. coram Orano s. i. vers. Conc. Trident. sess. 24. c. 17. de reform. prohibet retentionem, non autem assecutionem plurium Beneficiorum.* Quod enim Clericus dispensatus ad plura beneficia recipienda non censeatur dispensatus ad illa retinenda, respondit *Rota coram Clem. VIII. decis. 233. num. 26. vers. Dispensatus ad obtinendum, non est dispensatus ad retinendum &c. p. 2. divers.* & melius fuit resolutum coram Innocentio X. decis. 628. à n. 1. ibi: *Licet illius vigore potuisset successive recipere plura beneficia, illa tamen simul retinere non poterat.* Idem quoque fuit ponderatum coram Ubaldio decis. 369. num. 20. und. vers. Quia erat dispensatus ad obtinendum, non autem ad retinendum &c. quas decisiones deinde *Rota secuta est coram Cocino decis. 302. num. 26. part. 4. recent. tom. 2. ibi: Fuit dispensatus ut plura reciperet Beneficia, quo casu datur quidem acquisitio, sed non retentio &c. quia vere aliud est retinere, & aliud acquirere; idque fortius est dicendum in materia strictæ interpretationis, prout est derogatio, unde non discendum à propria significatione verborum.* Eo vel maxime quod ex *cap. Quamvis 4. de Præbend. in 6. Quamvis plenissima sit aliter in beneficiis interpretatio faciendâ; Literæ tamen super obtinendis Beneficiis imperata, debent (cum sint ambigunt) restringi.*

14 Nec juvat dicere, Papatu super dicta retentione tacte dispensasse, dum in ultima, seu in ultimis provisionibus apostolicis fuerint narrata omnia beneficia prius obtempa. Nam contra hanc opinionem est textus rotundus in cap. Non potest. 21. §. fin. de Præbend. in 6. ibi: *Cum vero tibi (non obstante quod aliud beneficium obtinere noveris) à Sede prædicta de aliquo beneficio providere contingit, per hoc recum, ut primum beneficium cum secundo retinere valeas, non intelligitur dispensatum; hoc enim non solum operatur præfata expressio, quod facta tibi gratia nequaquam subrepta judicari.* Per quem textum adeo clarum, & alias rationes, quas adducit, ita firmiter tenet Nav. in suo tract. de oratione cap. 22. miscell. 16. num. 67. & 66. ubi subdit, in hoc decipi plures credentes ex tali narrativa de dispensatis remanere, & quod si sua Sanctitas plura obtinenti beneficia, alia de novo concedit, non ideo intentionem habet dispensandi contra dictum decretum, sed quia credit, quod omnia beneficia ad congruam supplicantis sustentationem necessaria sint, & quod aliter Confessarii non absolverent eos, nisi prius talia beneficia non necessaria ad sui congruam sustentationem dimiserint, vel firmo animo dimittere proposuerint; videatur Jacob. de Graff. in suis auctis decisionibus cas. conc. lib. 2. decis. 67. num. 34. ibi: *Non debet Confessarius absolvere habentem plura beneficia, quorum unum sufficit &c. & insuper sequitur Nav. in*

prædicto loco. Et eamdem opinionem sequitur Ignat. de Sale. in addit. ad prax. Bernard. cap. 42. in Gloss. ibi: *quamvis simplicia.* Emmanuel. Rodriq. in summa c. 31. num. 2. Alphons. Hojed. in tract. de incompatibilitate. Benef. part. 2. cap. ult. num. 72. vers. Expressio facta de beneficio obtento censetur facta ad evitandam subtractionem &c. ubi etiam inquit id probare testum in cap. Gratia, de Rescriptis in 6. & alios DD. per eum allegatos; & Rebuff. in prax. tit. de dispensat. ad plura beneficia quest. 9. num. 18. de resignat. lib. 4. quest. 9. num. 34.

Nec valet etiam pro excusatione adducere pene universalem consuetudinem, quia ut passim fatentur Doctores, consuetudo in contrarium, etiam immemorabilis, non excusat coram Deo reincidentes plura beneficia, quorum unum ad honestam eorum sustentationem sufficit. Talis enim consuetudo esset irratiocinabilis, utpote contraria Juri nature, ætque nutritiva peccati, cum inducat vagationis, ambitionis, & avaritiæ materiam, & nimis diminuat divinum cultum per exclusionem plurium personarum, quæ plures legent missas, plures horas canonicas recitent, & plures choro, seu ecclesie assisterent, ubi unus solus pluribus cumulatus beneficiis non nisi semel in die horas canonicas recitat, missam legit &c. Insuper esset talis consuetudo eversiva intentionis fundatorum, qui quia voluerunt esse plures in ecclesia ministros, plura fundarunt beneficia, & plurima alia absurda, & inconvenientia inducerent una cum tantis incommodis, & damnis ecclesiarum ad longum enumeratis in extratraganti Joannis XXII. incip. Excerabilis, de Præbend. relat. etiam inter communes eodem tit. Unde de simili consuetudine sic merito statuitur in cap. Consuetudinem 1. de consuetudine in 6. *Consuetudinem, quam in vestra ecclesia servata assersit tanto tempore, quod in contrarium memoria non existit, corrumpit (cum sacris sit inimica canonicis, & de ambitionis radice processerit) merito repulantes, eam auctoritate apostolica reprobamus; & sic cum potius sit corruptela, & sit causa tantorum malorum, nullo unquam tempore induci poterit; cap. Cum venerabilis 7. cap. Cum ex parte 10. & cap. Cum tanto 11. de consuetudine.* Ita expresse tenet Abbas in cap. Quia in tantum 5. de Præbend. num. 2. & fusiis in cap. Extirpanda consuetudinis 30. Qui vero de Præbend. n. 26. Ubi optimis rationibus concludit, consuetudinem obtinendi plura beneficia simplicia, etiam personalem residentiam non requirerit, si unum sit sufficiens ad honestam beneficiati sustentationem, esse corruptelam irratiocinabilem, & ideo impræscriptibilem. Et videtur ex mente S. Thomæ quodlibet. 9. art. 15. dum dicit, Jura antiqua prohibentia pluralitatem præbendarum continere Jus naturale, & ideo non posse per contrariam consuetudinem abrogari. Idem tenet Fagnan. in cap. Quia in tantum 5. de Præbend. num. 17. & 18. Alphons. Hojed. Traclatuum tom. 15. part. 1. tract. de incompatibilitate. benef. cap. 19. n. 9. Parisius lib. 5. de resignat. benef. quest. 6. num. 215. & seq. Piasecius in praxi episcopali. part. 2. cap. 5. art. 3. num. 83. Barbosa part. 3. de offic. & potest. episcop. allegat. 62. num. 9. asserens cum multis, quod opposita consuetudo sit contraria Juri naturali, neque excuset à peccato mortali, penitusque æternis, licet excusare possit à poenis temporalibus; Divus Antoninus 2. part. tit. 3. cap. 1. Tiraquel. de penis temp. cap. 42. num. 4. & seq. Pirhing. lib. 3. tit. 5. de Præbend. num. 127. Reiffenstuel eodem lib. & tit. num. 216. Sannig. eodem lib. & tit. cap. 2. num. 1. Garcias de beneficiis tit. 7. §. 1. num. 31. ubi dicit, quod retinere plura beneficia, cum unum est sufficiens ad commodam sustentationem, repugnat rationi naturali, & rationi naturali simpliciter non potest derogari per consuetudinem. Et sic plurimi alii cum annot. ad decis. 254. num. 420. & seq. p. 9. tom. 1. Rote Romanæ.

Quodnam autem beneficium in specie debeat censeri sufficiens pro honesta Beneficati sustentatione, nullibi in Jure reperitur definitum. Unde cum ob diversitatem

casuum una certa regula statui non possit, istud relinquunt prudenti Judicis arbitrio paulo plus, vel minus estimandum, considerata qualitate personarum, conditione locorum, temporumque diversitate, aliisque similibus circumstantiis, ex allegatis à Rota coram Buratto decis. 248. num. 4. arg. c. Sciendum 1. c. Regule 2. c. c. Necesse 3. dist. 29. Et in effectu hanc tradit normam Navarr. in miscellan. orat. c. 62. n. 146. & assertur in annotat. ad decis. 254. n. 357. & seq. p. 9. t. 1. Rota Romanæ. Primo, beneficium dicitur sufficiens simplici Clerico, & sano, si ad minus sufficiat redditus ad alendum mediocriter se, & unum ministrum, & unum coquam focarium, & ad conducendam habitationem sibi necessariam. Secundo, beneficium dicitur sufficiens nobili etiam inferioris gradus, & magistro theologie, seu doctorum legum mediocris literaturæ, si sufficiat redditus ad alendum se, & duos ministros, & unam æquituram, & unum coquam focarium, & ad conducendam habitationem digniorem ea, quæ eget Clerico. Tertio, beneficium dicitur sufficiens nobili mediocris ordinis, puta filio, vel fratri Baronum, vel Vicecomitum &c. vel magistro, & doctori excellenti, ut sufficiat redditus ad alendum se, quatuor ministros, unum coquam, & unam æquituram, & ad conducendam habitationem digniorem, quæ egerit supradicti. Quæ hic de congrua beneficiarii sustentatione ex familiæ nobilitate desumpta Auctor inserit, haud optime congruunt iis, quæ sæpe à Sacris Canonibus hac de re sancita sunt. Constil. Conc. I. Mediolanensis sub S. Carolo. Quarto, dicitur beneficium sufficiens nobili, puta filio, vel fratri Ducis, Marchionis, vel Comitis &c. ut fructus sufficiat ad alendum se, octo ministros, duas æquituras, & unum coquam, & habitationem splendidiorem prædicatorum. Ceteris autem paribus, plus pro congrua & honesta sustentatione competit Episcopo, quàm Archiepiscopo, Archiepiscopo, Decano, vel Præposito; plus istis, quàm Canonico simplici; plus Canonico cathedralis, quàm ecclesie collegiatæ; plus patre, quàm simplici beneficiato non Canonico, prout recte advertunt Doctores communiter; arg. c. Clerici omnes 1. caus. 1. q. 2. c. Vulterranæ 25. caus. 12. q. 2. c. De multa 28. de Præbend. & c. Consulit 9. dist. 74. in quorum ultimo specialiter plus assignatur Presbytero, quàm Diacono Beneficiato; quod idem docet Glossa in cit. cap. Clerici omnes 10. caus. 1. quest. 1. vers. Meritum.

In defectum autem Judicis prudenter arbitrantis pro sufficientia ad congruam Beneficati sustentationem, relinquunt ipsius Beneficati conscientie, ut Deum præ oculis habendo, judicet, an ipsi unum beneficium sufficiat, recto corde advertens, quod Deum omnia inspicientem fallere non possit; Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. gloss. 15. n. 39. Rota part. 19. num. 2. decis. 532. n. 2. & 27. In ipsa tamen judicanda beneficii sufficientia, non debet haberi ratio bonorum patrimonialium Clerici Beneficati; quia potest Clericus habens beneficium, & patrimonium vivere de redditibus beneficii, juxta illud Apostoli 1. ad Corinth. c. 9. Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt, & qui altari deseruiunt, cum altari participant, & juxta illud Matthæi cap. 10. num. 10. Ita & Dominus ordinavit iis, qui evangelium annuntiant, & de evangelio vivere; hoc est, ut ecclesie ministri victum, & vestitum suum ab ecclesia recipiant, temporalem laborum suorum mercedem accipiendo, non ut actum misericordie ab ea factum, sed ut Jus eis à natura, Deoque ipso concessum, sive divitis affluant, sive non, de iis indiscriminatim, ut pater, loquentibus Christo, & ejus Apostolis; & etiam Canone, Cum secundum 16. de Præbend. his verbis: *Cum secundum Apostolum, qui altari servit, vivere debet de altari, & qui ad onus eligitur, non debeat repelli à mercede; pater à simili, ut Clerici vivere debeant de patrimonio Jesu Christi, cujus obsequio deputantur.* Unde potest Beneficiarius vivere de beneficio, patrimonium suum, fructusque ejus sibi reservare, nam, ut inquit Apostolus cit. 1. ad Corinth. cap. 9. *Quis militat stipendium suis unquam? Et sic tenent Doctores passim cum Barbosa de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 62. num. 11. Covarrub. cap. 1. de testamento, num. 2. &*

seq. & Piasec. part. 2. praxi episcopali c. 5. à 3. n. 86. ubi dicit hanc communem sententiam.

¶ Tutam hanc sententiam esse nemo inficiabitur, communem autem dixerit nemo. Confer. Clar. Thomassin. vers. & nov. eccles. p. 3. l. 3. c. 3. & seq.

Cum jussa, rationabili, & legitima Papatu dispensatione possunt licite retineri simul plura beneficia etiam sub eodem tecto, & de se incompatibilia; cap. De multa 28. §. final. de Præbend. ibi: *Circa sublimes tamen, & literatas personas, quæ majoribus sunt beneficiis honorandæ, cum ratio postulaverit, per Sedem Apostolicam poterit dispensari.* Papa enim in quibuscumque beneficiis plenissimum habet potestatem, plenariamque dispositionem; c. Licet 2. de Præbend. ibi: *Licet ecclesiarum, personatum, dignitatum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum plenaria dispositio ad Romanum noscatur Pontificem pertinere &c.* Et Clement. unic. Ut lite pendente c. 1. in fin. ibi: *Salva tamen in præmissis omnibus Romani Pontificis potestate, ad quem ecclesiarum, personatum, dignitatum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum plena, & libera dispositio ex sæ potestatis plenitudine noscitur pertinere.* Et hoc quia beneficia de Jure positivo ecclesiastico sunt introducta, & singulæ ecclesie singulis presbyteris divise; cap. Ecclesias unic. quart. 1. caus. 13. ibi: *Ecclesias singulas singulis Presbyteris ædimus &c.* Unde cum Papa secundum plenitudinem potestatis de Jure possit supra Jus dispensare; cap. Propositus 4. de concession. Præbend. ibi: *Qui secundum plenitudinem potestatis de Jure possit supra Jus dispensare; stat clarum quod Papa ex rationabili, & justa causa possit super pluralitate quorumcumque beneficiorum dispensare. Rota part. 4. t. 1. decis. 337. tom. 1. & part. 14. decis. 298. n. 5. Ipsa enim pontificia dispensatione attenda, beneficia inter se incompatibilia censentur compatibilia, & eorum incompatibilia derogatur. Rota p. 5. t. 1. dec. 56. n. 1. (Lex 3. 1. 16. p. 1. & 20. tom. 6. l. 1. Ind.) asserit, pluralitatem beneficiorum prohiberi: ideo duo beneficia curata, personatus, & dignitates, præcipue in diversis ecclesiis haberi non possunt: ita ut nisi Summus Pontifex pluralitatem dispenset, aut justa causa interveniat, obtineri nequeant; (ad idem lex 5. tit. 5. p. 1. ibi: Et aùn el puede...)*

¶ Dicitur notanter, cum juxta, rationabili, & legitima Papatu dispensatione, quia licet Papa in iis, quæ sunt Juris positivi humani, possit valide dispensare, etiam sine causa, cum ipse sit supra tale jus ex cap. Propositus 4. de concession. Præbend. ac proinde sola ejus voluntas stet pro ratione, cum de facili ejus judicare non liceat; cap. Memini 30. caus. 17. quest. 4. Quia tamen dispensatio facta sine causa non mereatur dici dispensatio, sed potius dissipatio, ut inquit S. Bernard. lib. 3. de consider. ad Eugenium Papam præcis his verbis: *Non prohibeo dispensare, sed dissipare; & non rsum tam rudis, ut ignorem vos positos dispensatores; sed in ædificationem, non in destructionem: ubi necessitas urget, excusabilis dispensatio est, ubi utilitas provocat, laudabilis dispensatio: utilitas dico communis non propria, nam cum nihil horum est, non fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est.*

¶ Hinc non possunt licite retineri plura beneficia simul incompatibilia cum dispensatione Papatu sine rationabili causa concessa præsertim ad instantiam partis, ut colligitur ex cap. De multa 28. de Præbend. ubi dicitur posse Pontificem dispensare super pluralitate beneficiorum incompatibilium, non sine justa ratione, sed cum rationabili causa, ibi: *Cum ratio postulaverit, per Sedem Apostolicam poterit dispensari.* Unde quatenus Papa dispenset sine justa causa dicendum est, aut fuisse precum importuna instantia victum, juxta cap. Deestanda 2. de concession. Præbend. in 6. ibi: *Quæ per importunitatem nimiam, per quam non concedenda multoties conceduntur, & per ambitionem improbam, ut plurimum extorquentur; aut per falsas narrationes fuisse deceptum; ac proinde non subsistente causa rationabili per supplicam allegata, nec subsisteret dispensatio pontificia, veluti subreptitie, vel obreptitie obtenta; cap. Sede 15. & cap. Super literis 10. de rescriptis.*

40 Et quod plura retinens beneficia incompatibilia non tutus in conscientia sit, & apud Deum, si retineat ex dispensatione à Papa concessa sine causa, & ad favorem tantum beneficiati, late, & solide confirmatur pluribus Sanctorum Patrum oraculis, Theologorum, & Canonistarum auctoritatibus plena manu congestis in *annot. ad dec. 254. d. num. 145. usque ad num. 191. part. 9. tom. 1. Rotæ Romane*, ubi omnes una voce proclamant, quod cum sit contra Jus divinum naturale, ut unus habeat plura beneficia, nisi justa causa id excuset, & Pontifex non possit saltem licite dispensare in iis, quæ sunt Juris divini naturalis, nisi ex justa causa, quæ deformitatem, seu inordinationem tollat, ut patet in votis, & juramentis; per hoc teneatur retinens plura beneficia resignare ea, quæ secundum statum suum ei non sunt necessaria, vel in quibus justa causa non intervenit. Quando autem Papa non ad instantiam partis, sed motu proprio cum aliquo dispensat, ut possit simul retinere plura beneficia incompatibilia, tunc præsumendum est, ex justa causa se moveri ad dispensandum, & quod juste ex legitima causa dispensaverit, etiamsi de ipsa non constet, cum semper sit verosimile, Summum Pontificem Jus observare, nam ipse est iustitia loquens, & lex animata, ideoque præsumendum est regulariter pro facto Papæ, quod ex justa causa moveatur in suis actionibus; *cap. Propositus 4. de concession. Præbend. cap. In præsentia 6. de renuntiation. c. Si Papa 6. dist. 40. Glossa in cap. Ad aures, de tempor. ordinand. & in cap. 2. de majorit. & obediens. Geminian. in Canon. lege Imperatorum, dist. 10. col. 5. in princ. vers. Dicit tamen, Abbas in cap. In causis num. 2. de sententia, & re iudicata, Felinus alique plurimi citati in annotation. decis. 254. n. 272. & sequent. part. 9. tom. 1. Rotæ Romane; & sic pluries Rota Romana, & præsertim in causa Gerunden. Scribania 21. Maji 1638. coram Merlino; inter impressas decis. 278. num. 24. ibi: *Et causa semper præsumitur in gestis per Summum Pontificem. Hinc ratiocinata est Rota in causa Forosempionens. & Eugubina, seu nullius Emphyteutis, 16. Junii 1636. coram Cocceio, §. Hinc inferendo, ut quod fit à Papa ab ore Dei videatur procedere. Tum quia regulariter præsumendum etiam venit pro sententia, vel decreto cujuscumque Judicis, quod sit interpositum ex justis, & rationabilibus causis, ut probatur in l. Herennius 63. §. 1. ff. de evicti. & in leg. Ab ea p. 5. §. 1. ff. de probat. & in l. Manuissio 34. de manuissis vindicta. Baldus in l. Juris gentium quod fere col. 1. in fin. vers. Sed numquid in Judiciis, ff. de pallit. Gratian. discip. forens. cap. 648. num. 19. vers. Pro decreti validitate præsumitur, tom. 4. cum plurimis aliis passim, & ita sæpissime arbitrata est Rota, & potissimum p. 5. recentior. decis. 75. num. 3. vers. Pro decreto præsumitur**

44 *part. 6. decis. 76. num. 14. vers. Semper enim præsumitur pro decreto Judicis. Unde si pro decreto à quovis Judice interposito stat præsumptio, à fortiori debet præsumi pro Romano Pontifice, ut ex justa, & rationabili causa moveatur, cum ipse sit omnium Judicium totius orbis supremus Jux, & Arbitrator, & cujus attestatio plena fides est adhibenda, si ipse dixerit, ex justis causis præfatam dispensationem processisse; per textum in Clement. Litteris unic. de probationibus, adeoque hoc casu contrarium probari non possit, ut inquit textus in dicta Clement. Litteris, & gloss. ibi: in verb. Fecisse narum; & ibid. passim Doctores.*

¶ Vid. Nat. ab Alex. theol. dog. & mor. de benef. eccles. regul. 30. ubi contrarium firmisissimè statuitur argumentis.

45 Causa vera, justa, & legitima dispensandi in pluralitate beneficiorum triplex à Doctores recenseri solet, scilicet necessitas ecclesie, utilitas ecclesie, & evidens prerogativa meritorum. Ita Abbas in *cap. De multa 27. de Præbend. num. 7. & cap. Extirpanda 30. §. Qui vero num. 34. eodem titul. Pirhing. lib. 3. tit. 5. sect. 5. de Præbend. num. 191. Azorius, Layman, & alii passim; & colligitur ex *cap. Tali 17. caus. 1. quest. 1. ibi: Nisi forte eos, aut maxima ecclesie utilitas, vel necessitas postulet, vel evidens meritorum prerogativa commendet,**

46 Et quidem ob necessitatem ecclesie possunt quandoque

alicui plura beneficia supra necessariam, & congruam vitæ sustentationem conferri, si desint idonei ministri, v. g. in locis hereticorum, in quibus est defectus Clericorum. Ob utilitatem vero ecclesie id accidere potest, 47 quando unus solus magis putatur republicæ christianæ bono atque ecclesiarum commodis profuturus sua auctoritate, potentia, doctrina, & prudentia, quam alius præsens, vel plures alii; qua de causa filius Principum conferuntur interdum plures episcopatus, ut ecclesie contra hæreticos potentius defendantur. Tandem etiam ob meritum prerogativam conferuntur uni plura beneficia, 48 textu claro in *cap. De multa 27. de Præbend. ibi: "Nullus plures dignitates, aut personatus habere præsumat, vetiamus curam non habeat animarum; circa sublimes tamen, & literatas personas, quæ majoribus sunt beneficiis honorandæ, cum ratio postulerit, per Sedem Apostolicam poterit dispensari;" Item extravagant. Joann. XXII. incip. Execrabilis, ubi cum sanxisset, ne quis possit accipere plures dignitates, personatus, officia, prioratus, & beneficia, quibus inest cura animarum, excipit Cardinales, & filios Regum, ibi: "Cardinalibus tamen Sanctæ Romanæ Ecclesie, qui circa Nos universali ecclesie serviendo singularum ecclesiarum commoditatibus se impendunt, ac Regum filii, qui propter sublimitatem eorum, ac generis claritatem, sunt potioris prerogativa gratiæ atollendi, dumtaxat exceptis."*

Dispensatio apostolica, ut cum justa causa postis simul ab uno plura beneficia licite retineri, requiritur, 49 Primo in omnibus beneficiis de se incompatibilibus, ut sunt illa, quæ vel ex Jure naturali, divino, aut ecclesiastico, vel saltem ex consuetudine, statuto, seu fundatione continuam, & incompatibiliter residentiam personalem requirunt, v. gr. duo episcopatus, duo canonici curati, duæ dignitates, duo personatus, duo canonicatus, & alia hujusmodi, quæ ex quo requirunt perpetuam personalem residentiam, sunt incompatibilia; *cap. Ad hæc 13. cap. Præterea 14. cap. Cum non ignores 15. & c. De multa 28. de Præbend. & Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. de reformat. Secundo dispensatio apostolica requiritur in beneficiis etiam de se compatibilibus, quando unum est sufficiens ad congruam Beneficiati sustentationem; *cap. Conquerente, de Cleric. non resident. & cap. Cum teneamur 6. de Præbend. ubi habetur etiam ad mandatum Papæ non esse providendum illi de beneficio, qui aliud beneficium habet, de quo valet commode sustentari, nisi hoc ipsum fuerit expressum, & Concil. Trident. sess. 23. cap. 17. de reformat. ubi statuitur, ut in posterum unum tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferatur, permittit secundum in eo solum casu, in quo primum est insufficiens; & hæc esse mentem Sacri Concilii Tridentini pluries declaravit Sac. Cong. ejusdem Concilii ut refert Fagnan. in cap. Cum jam dudum 18. de Præbend. num. 71. & Garcias part. 11. de beneficiis cap. 5. num. 310. & sequent. Tercio requiritur dispensatio apostolica, ut quis possit retinere tertium beneficium simplex, etiamsi duo priora sint ad obtinendis sustentationem sufficientia. Sac. Cong. Conc. in *Anagn. 15. Aprilis 1628. Immo beneficium tertium simplex, etiamsi sit de Jure patronatus, non potest retineri cum duobus aliis absque Sedis Apostolicæ dispensatione. Sac. Congreg. Concil. in Bovinen. 13. Nov. 1627. Quarto requiritur dispensatio apostolica, ut quis obtineat, & retineat duo beneficia uniformia, etiam simplicia sub eodem tecto, seu in eadem ecclesia; *cap. De multa 28. §. Hoc idem, de Præbend. ibi: Hoc idem in personatibus esse decernimus observandum, addente, ut in eadem ecclesia nullus plures dignitates, aut personatus habere præsumat, etiamsi curam non habeat animarum. Concordat cap. Litteras 9. de concession. Præbend. ubi rejicitur allegata consuetudo generalis, quod unus in eadem ecclesia plures habeat præbendas, atque per associationem secundæ præbende prior ipso Jure vacare dignoscitur, prout amplius declarant Glossa & Doctores communiter ibidem, & clare patet in Clement. Si juxta cap. 6. de Præbend. ubi statuitur, quod præbenda prima vacet statim ac quis in eadem ecclesia fuerit pacificè aliam præbendam consecutus; ibi, *Primaque præben-*****

47 *benâ hoc ipso vacabit, cum secundum cum Archidiaconatu prædicto pacifice fuerit ascensus. (Consonat lex 4. titul. 16. part. 1.)*

48 Ad pleniorum istorum intelligentiam sciendum est, quod illa dicuntur beneficia sub eodem tecto, quæ existunt intra eandem ecclesiam, hoc est, vel in ipsa ecclesia, atque intra parietes ipsius sunt, vel saltem intra claustrum, aut cimetorium contiguum ipsius continentur. Beneficia autem existantia in capella, vel cimetorio non contiguo principali ecclesie, sed extra, non censentur esse sub eodem tecto ecclesie principalis, *arg. cap. unic. de consec. eccles. in 6. ubi: Polluta ecclesie poliatur cimetorium illi contiguum, sed non remotum. Sic Barbosa part. 3. de officio & potest. Episcopi alleg. 62. n. 15. Garcias part. 11. de benef. cap. 5. n. 259. Pirhing. leg. 3. tit. 5. de præbend. num. 124. Reinfest. ibi. n. 233. Beneficia sub eodem tecto alia dicuntur uniformia, seu similia, alia dicuntur difforma, seu dissimilia. Beneficia uniformia, seu similia sub eodem tecto sunt illa, quæ in eadem ecclesia sunt instituta ad eundem finem, adeo ut habeant idem prorsus onus, & officium eodem tempore peragendum. Ita Plasce. p. 2. prax. Episc. cap. 5. art. 3. n. 73. Pirhing. loc. cit. n. 124. Talia sunt duo canonicatus, duo personatus, duo prestimonia, & duo capellanie, quæ tamen capellanie sint ejusdem prorsus rationis, & oblationis personalis, aliis si essent diversæ rationis, & distincti oneris, non essent beneficia uniformia sub eodem tecto, ne proinde incompatibilia, si una capellania non sit sufficiens, & per hoc duo capellanie, in duobus altaribus ejusdem ecclesie fundatæ cum onere, ut in uno altari, v. gr. in hebdomada celebretur, & in altero ter aliis distinctis diebus, licet eodem nomine generali capellanie appellentur, res ipsa tamen non sunt beneficia uniformia sub eodem tecto, sed difforma, adeoque compatibilia, cum habeant distincta onera, seu officia in diversis altaribus pro distinctis diebus peragenda. Sic Navarrus cons. 16. de præb. Garcias p. 11. de benef. c. 5. n. 225. & 229. Parisius leg. de resign. benef. q. 1. n. 120. Layman. leg. 4. tract. 2. c. 8. n. 7. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 10. n. 33. & 35. allegans plures alios, ac multiplices decisiones Rotæ. Beneficia difforma, seu dissimilia sub eodem tecto sunt illa, quæ sunt quidem in eadem ecclesia instituta, sed non ad eundem finem, sive officium eodem tempore peragendum, immo ad diversum; talia sunt, v. gr. unus canonicatus, & portio una dignitas, & canonicatus unus personatus, & beneficium curatum, & hujusmodi. Azor. p. 2. leg. 6. c. 11. q. 1. Reinfest. leg. 3. tit. 5. de præbend. n. 237.*

49 Unde licet ex dictis num. 49. sine dispensatione apostolica non possint ab eodem obtineri, & retineri simul duo beneficia uniformia sub eodem tecto, seu in eadem ecclesia: Possunt tamen sine tali apostolica dispensatione obtineri, & retineri simul ab eodem duo beneficia difforma sub eodem tecto, quando unum non est sufficiens ad honestam tunc sustentationem, ut colligitur ex c. Eam te 7. de rescript. ubi absolute dicitur, quod aliquis fuerit Archidiaconus, & Canonicus ejusdem ecclesie, nulla facta mentione dispensationis apostolicæ, & hoc fortius probatur ex cap. Consuetudine 1. de consuetudine in 6. ubi circa finem decernitur quod: *Nulli liceat de cetero, nisi unum personatum, vel dignitatem, aut præposituram, sive administrationem, vel officium perpetuum, quocunque nomine censentur, cum præbendâ insimul abique dispensatione Sedis apostolicæ in eadem ecclesia obtinere, vel jam obtenta retinere, ponderando enim ly Nisi unum, quia exceptio firmat regulam in oppositum, l. Quasitum, §. Denique, ff. de fund. instr. (L. 2. tit. 15. vers. Pero con todo eso. §. tit. 16. p. 2. vers. Pero. §. tit. 10. 6. tit. 11. p. 26. §. tit. 33. part. 7. vid. addit. nov. hisp. vers. Atma, vers. Axioma. pag. 230.) Inferre licet, quod unâ cum præbendâ, sive canonicatu possit in eadem ecclesia, etiam absque illa dispensatione apostolica simul obtineri unus personatus, dignitas, aut præpositura, &c. maxime si accedat Episcopi dispensatio. Gloss. in cir. cap. Consuetudinem, verb. Nisi unum, ibi: Ergo videtur quod dispensatione inferioris à Papa unicuique personatum, vel officium cum canonicatu, &*

præbendâ possit habere. Barbosa ibi. num. 4. & Francus num. 7. Pirhing. tit. de consuetudine num. 97. Immo plures volunt, nulla hodie opus esse dispensatione, etiam episcopali, ad talia beneficia difforma sub eodem tecto simul obtinenda, & retinenda, cum jus ipsum istud concedat, dummodo Beneficiarius spectato statu suo eisdem vere indigeat pro sua honesta sustentatione; *Rebuffus titul. de dispensatione ad plura beneficia num. 29. Laym. leg. 4. Theolog. moral. tract. 2. cap. 2. num. 9. Garcias p. 11. de benef. cap. 5. n. 239. ubi post Abbatem cons. 96. p. 2. Navarrum cons. 28. de præbendis plures que alios cum Rota in Casenat. canonicatus 19. Februarii 1590. cor. Gyprio, concludit beneficia hujusmodi de jure communi esse compatibilia, nisi alias sunt sibi repugnantia ratione residentie, seu servitii, & n. 246. & 247. asserit quod Sac. Congr. in una Valentina 1593. censuerit consuetudini permittenti, quod in eadem ecclesia dignitates cum præbendis canonicabilibus teneantur, non esse derogatum à Conc. Trid. sess. 24. c. 17. de reform.*

Episcopus potest dispensare, primo, ut quis obtinere possit duo beneficia simplicia difforma sub eodem tecto, dummodo quodlibet non sit per se sufficiens ad sustentationem provisi. Colligitur ex Concil. Trident. sess. 24. cap. 17. de reform. ibi: *Quod quidem si ad vitam ejus, cui confertur, honeste sustentandam non sufficit, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, eisdem conferri; & sic expresse declaravit Sacra Congregatio ejusdem Concilii, ut refert Garcias part. 11. de benef. c. 5. n. 377. Arnald. tit. 7. de benef. incompat. num. 7. Franc. Leo in thesauro forei ecclesiastici p. 2. c. 8. n. 55.*

Secundo etiam potest Episcopus, seu Ordinarius conferre secundum beneficium obtinenti primum sufficiens juxta sumum verum valorem, sed insufficiens ob id, quod pensione est gratatum, dummodo provisos post collationem sibi factam non consenserit pensioni. Sic decisum fuisse à Sac. Congreg. Concilii refertur Garcias citat. part. 11. de benef. cap. 4. n. 310. dub. 4. Arnald. citat. tit. 7. de benef. incompatibil. num. 37. in 4. respons. Barbosa de officio & potestate episcopali part. 3. alleg. 62. num. 7. & in Trident. sess. 24. cap. 17. de reform. n. 5.

Tertio, potest Episcopus dispensare, ut habens beneficium insufficiens sive curatum, sive simplex, possit etiam aliud simplex per se sufficiens obtinere, & retinere, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, ut colligitur ex Tridentino sess. 24. cap. 17. de reformat. ibi: *Liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, eisdem conferri; per quæ verba non dispositum Concilium simpliciter, ut habenti unum beneficium insufficiens ad honestam sustentationem, possit conferri aliud; sed ut possit aliud sufficiens. Nec addidit, sufficiens una cum primo, sed solum dixit, sufficiens, & sic videtur intellexisse de alio, quod per se sufficit, ut optime explicat, & solide probat Fagnan. in cap. Cum jam dudum 18. de præbend. num. 57. & 59. Nec valet dicere, quod sicuti habens unum beneficium sufficiens, non potest ex ipso Concilio loc. cit. sine dispensatione apostolica obtinere, & retinere aliud etiam insufficiens; sic nec etiam habens beneficium insufficientem, poterit ipsum retinere cum alio per se sufficiente. Non valet, inquam, quia inter utrumque casum magna intervenit ratio disparitatis; nam qui habet primum sufficiens, cum jam habeat congruam sustentationem, videtur moveri ad impetrandum secundum beneficium avaritia, & ambitione, quæ sunt præcipuæ causæ, ob quas prohibetur pluralitas beneficiorum; *cap. Cum jam dudum 18. de præbendis, ibi: Multitudo videlicet jam dignitatum, quam etiam præbendarum, ambitiois & avaritiæ vitium; & notat ibi Innocent. num. 3. & Fagnan. num. 58. & Pirhing. leg. 3. tit. 5. de præbend. num. 186. Et qui habet primum non sufficiens, juste petit secundum ad sui honestam sustentationem; & quavis ex accidenti contingat, ut secundum per se sufficit, tamen petendo illud non peccat, cum hoc faciat Concilii auctoritate; *cap. Qui peccat 40. caus. 23. quest. 4. ibi: Qui peccat, non peccat legis auctoritate, sed contra legis auctoritatem: Nec re-***

recipiendi secundum sufficiens debet incidere in penam privationis primi insufficientis, quia cum lex hoc permittat, quod legitime factum est, nullam penam meretur, ut dicitur in leg. Gracchus, cod. ad leg. Jul. de adulter. Gloss. 1. in c. 2. de const. & Gloss. in c. Nichil, in verb. Etatis, de cler. & sic expresse tenent Fagnan in cit. cap. Cum jam dicitur, n. 57. & Pirhing, loc. cit. & Reifstent. leg. 3. tit. 5. n. 266. & alii. (Consonat lex 12. tit. 15. p. 7. vide etiam leg. 5. tit. 21. p. 4. leg. 6. tit. 7. lib. 4. Fori Reg. 4. tit. 13. lib. 8. Ord. Reg. leg. 4. tit. 23. lib. 8. Rec. Cast. Concordat lex 2. 3. & 4. tit. 8. 12. & 14. p. 7.)

69 Non potest tamen Episcopus dispensare, ut habens duo beneficia, etiam simplicia, & ad honestam Clerici sustentationem non sufficientia, possit obtinere, & retinere tertium beneficium, etiamsi omnia simul ad beneficiati sustentationem non sufficiant. Sic fuit pluries declaratum a Congregatione Concilii, & signanter die 10. Maji 1607. & die 15. Aprilis 1628. in una Anagni. Sic beneficium tertium simplex retineri non potest absque provisione Sedis apostolicae, quomodo duo priora sint ad obtinendam sustentationem insufficientia. Et hanc esse veram mentem Sacri Concilii Tridentini, quod non possit Episcopus dispensare, ut ultra duo beneficia, etiam insufficientia ad honestam sustentationem, alia obtineantur, & retineantur, testatur Fagnan in cap. Cum jam dudum 18. de prabend. num. 71. de mente ipsius Sacrae Congregationis Concilii, quae, ut dicit ipse, saepius in casibus contingentibus respondit: "Episcopum habenti unum simplex beneficium, quod non sufficiat ad ejus sustentationem, posse aliquid simile conferre, sed non posse ultra duo absque dispensatione Sedis apostolicae, etiamsi omnia simul ad illius sustentationem non sufficiant." Immo neque potest Episcopus dispensare, ut quis retineat tertium beneficium simplex, etiamsi esset de Jurepatronatus, ut decrevit Sacra Congregatio Concilii in una Bovinas. 13. Novemb. 1620. in qua cum dubitatum fuisset, an habens duo beneficia, tertium de Jurepatronatus ad praesentationem patronorum auctoritate ordinaria assuequi, & retinere possit absque dispensatione apostolica? Sacra Congreg. censuit: Tertium beneficium simplex, etiamsi de Jurepatronatus, non posse retineri cum duobus aliis absque Sedis apostolicae dispensatione. Et sic etiam censuit in Bithen. 6. Decembr. 1721.

71 Traditus in hoc articulo omnino consonant quae habent Cardinal. Lambertin. Benedic. XIV. in epist. ad Canon. Joann. Bapt. Scarzelli, quae est Instr. ecclesiasticae. 91. edit. lat. merito consulenda, & observanda.
73 & Incompatibilitas in beneficiis triplici ex capite oriri potest. Primo, ex cura & residentia uniuscujusque beneficii. Secundo, ex pluralitate beneficiorum, quorum unumquodque sufficiat ad congruam sustentationem Beneficiarii, & quidem seclusa cura & residentia. Tertio, demum ab existentia beneficiorum sub eodem tecto. Longum autem esset de singulis hiis incompatibilitatis speciebus agere, & ea supplere, quae ab Auctore sunt ommissa: Consulite ubi res postulat, qui materiam hanc egregie pro more tractavit, Rigant in comment. ad reg. 1. Cancell. §. per tot. ubi & de dispensatione super retentione incompatibilium beneficiorum cujusvis generis late disserit. Aliqua vero de praesumpta dispensatione super retentione plurium beneficiorum incompatibilium ratione curae, & residentiae, non incongrue hic adduntur, eo vel maxime, quod Auctor non verbum quidem de ea facit.
77 Triennialis possessio minime sufficit ad hanc dispensationem praesumendam. Sufficit vero possessio decennialis: Rigant, in comment. ad regul. 36. Cancell. n. 156. Piton, discept. eccles. 120. n. 11. & seq. Rota cor. Falcon. decr. 9. num. 14. in Hiporegion. benef. 11. Febr. 1704. §. Concilio cor. bon. mem. Mut. in Aurien. Parochialis 21. Junii 1751. §. 12. & in Confirmatoria 24. Jun. 1752. §. 11. cor. Illustr. Figueroa.

79 Questionis vero est, an haec, quae ex decenniali possessione praesumitur dispensatio, suffragetur, si Officialis Datariae testimonium dicant, eam non reperiri in regestis ipsius Datariae. Negativam sententiam videtur tenuisse Rota in Cracovien. Canoniciatus 11. Maji 1705.
80 Quod autem, cor. bon. mem. Omann, in Leodien. Canoniciatus 10. Maji 1743. §. 10. cor. bon. mem. Lan. & 6. Martii 1744. §. 10. cor. bon. mem. Peralt. & in Guern. Canoniciatus 26. Junii ejusdem anni 1744. §. 6. cor. bon. mem. Nunez. Affirmativae autem sententiae recentius idem sacrum Tribunal adhasesit in did. Aurien. Parochialis 24. Januarii 1752. §. 11. cor. Illustr. Figueroa, & in Uladislavien. Archidiaconatus super Coadjutoria 14. Januarii 1757. cor. R. P. D. Parraciano. Hic tamen non admitte-
82 tendum, quod in decisionibus, in quibus negativa sententia a Rota fuit aplexa, articulus ille praeter causae necessitatem fuit examinatus, cum in earum casibus non decennialis, sed triennialis possessio concurreret.

ARTICULUS VII.

Beneficia quoad eorum vacationem ipso jure.

SUMMARIVM.

- 1 BENEFICIA pluribus vacant modis: libere conferuntur, vacatione secuta.
- 2 Per mortem naturalem possidentis de jure, & de facto vacat beneficium.
- 3 Per ingressum religionis, secuta professione, ipso jure, ad num. 4.
- 5 Renuntiatio est modus quo vacatio occurrit.
- 6 Per incompatibilitatem etiam verificatur.
- 7 Contracto matrimonio eodem gressu sequitur, ad num. 9.
- 10 Si militiae seculari Clericus minorista fuerit adscriptus, ad num. 11.
- 12 Per promotionem ad episcopatum, post possessionem, & consecrationis obtentionem, perque ejus transitionem, ad num. 13.
- 14 Alii 32. modi assignantur, quibus vacatio beneficiorum contingere potest, ad num. 45.
- 46 Submittuntur Auctoris supplementa, ad num. 47.
- 48 Ex aliena manu additiones inseruntur, ad num. 73.

BENEFICIA ecclesiastica pluribus modis vacare possunt, quorum quibuslibet vacatione secuta, ea alteri consecrari libere possunt. (Consonat lex 22. tit. 12. 10. 11. & 13. tit. 16. part. 1. cum leg. 5. tit. 5. ejusd. part. ibi: E poderlo de dar. v. id. leg. 1. & 5. tit. 15. part. 1. in addit. hispan. art. 12. infra.) Primo igitur vacat de jure, & de facto beneficium per mortem naturalem Beneficiarii; cap. Susceptum 6. de rebus, in 6. Rota part. 4. tom. 1. decr. 482. num. 14.
Secundo, vacat ipso jure per mortem civilem, veluti per ingressum religionis, professione secuta; cap. Beneficium 4. de regul. in 6. Rota part. 2. decr. 543. n. 4. & part. 4. tom. 1. decr. 246. sub num. 2. Beneficia enim religiosi professi vacant prout illa naturaliter mortui, cum in hoc mors civilis aequiparetur naturali; Rota p. 2. decr. 531. sub num. 1. Secus autem beneficium inter annum probationis Beneficiarii religionem ingressi, quia illud interim non vacat, ne egrediens de religione, privetur; cit. cap. Beneficium 3. de regul. in 6. ibi: "Beneficium illius, qui religionem ingreditur, non est infra probationis annum alicui conferendum." Consonant l. 2. & 25. tit. 7. part. 1. In illa asseritur, religionem profittentes nihil proprium habere posse: in ista ad curam animarum per Episcopum de licentia Praelati institui; vid. leg. seq. 26. cum 24. tit. 5. part. 1. in fin. Etiam tamen retineantur addit. hispan. verb. Jurisdidio, vers. Tam constans est. verb. Parochus, vers. Verum est. verb. Regulares, vers. Postquam. Ad rem, verb. Apostasia, pag. 144. vers. Nullus.)

Tertio, vacat per renuntiationem; cap. Susceptum 6. de rebus in 6. ubi quod per renuntiationem inducitur vocatio beneficii non minus, ac per mortem, saepius reperitur, ut ibi: "Cum non per renuntiationem, sed per mortem vacaverit. Et infra: "Cum beneficium reservatione, non morte vacaverit." Et patet ex cap. Ex transmissa 3. & cap. Quidem 12. cum aliis de renunt. Rota p. 5. tit. 1. decr. 190. n. 3. (Leg. 51. tit. 6. lib. 1. Ind. verb. Resignatio, in addit. hispan.)

Quar-

6 Quarto, vacat per assecutionem pacificam alterius beneficii incompatibilis; cap. De multa 28. de prabend. cap. Quia nonnulli 3. de Clericis non resident. extravog. Execrabilis §. Qui vero de prabend. Concil. Tridentin. sess. 7. c. 4. de reform. Rota part. 18. tom. 2. decr. 648. num. 1. (Leg. 4. tit. 16. part. 1.)

7 Quinto, vacat per contractum matrimonii per verba de praesenti, etiam non secuta copula, non vero per sponsalia; cap. Si qui Clericorum 1. cap. Quod a te de Clericis conjugatis; Rota part. 5. tom. 1. decr. 15. numer. 3. & decr. 1201. num. 27. Et quidem beneficium hoc casu vacat ipso jure a die contractus ipsius matrimonii; Rota part. 19. tom. 2. decr. 522. num. 1. Etiam si matrimonium sit nullum; Rota part. 7. decr. 250. n. 21. Ad effectum enim vacationis propter matrimonium attenditur solum factum, non autem facti validitas, adeoque probato matrimonio, etiam invalido, vacat beneficium ipso jure. Rota part. 19. tom. 2. decr. 468. num. 5. & 6. (Mulum ad rem leg. 30. tit. 5. 41. 42. & 64. tit. 6. part. 1. cum 35. praeced. tit. 5.)

10 Sexto, vacat ipso jure beneficium per militiam secularem a Clerico minorista assumptam; Clericus enim eo ipso quod secularem militiam assumat, videtur clericali militiae renuntiasse; quia non potest simul Deo, & saeculo servire; cap. Quicumque ex Clero 6. caus. 25. quest. 8. & cap. Ex multa 9. §. fin. de voto. Atque ideo exiungitur pensio ecclesiastica ad assumptionem militiae secularis, utpote incompatibilis cum clericatu; Cardia. de Luc. de pensio. disc. 47. num. 3. Simulque Clericus, qui effectus est miles secularis, tacite, seu ipso facto renuntiat videtur beneficio ecclesiastico, quod obtinet; Gloss. in cap. Clericos 17. de Clericis non resident. verb. Redierit, Parisius de resignatione benef. lib. 1. q. 1. num. 22. Farinacuz pag. 1. Fragment. crim. lit. C. numer. 184. Gonzalez de regul. 8. Cancellar. gloss. 14. numer. 63. Adeo ut ipso jure vacet beneficium per militiam secularem; nam eo ipso quod Beneficiarius fit miles, habetur ecclesia pro derelicta, ita ut Ordinarius jure possit illam alteri concedere; Gloss. in citat. cap. Clericos, verbum Redierit: Si habet eam pro derelicta, puta quia contractis matrimonium, vel factus est miles, cum de hoc constiterit, Episcopus statim potest ecclesiam illius alii conferre. Barb. p. 3. de offic. & potest. Episc. alleg. 57. num. 216. Reiffent. leg. 3. tit. 5. de prabend. num. 343.
Azorius Instit. mor. part. 2. lib. 17. cap. 15. & alii passim. (Leg. 17. tit. 16. part. 1. cum tit. 21. part. 2.)

12 Septimo, per promotionem ad episcopatum post obtentam possessionem ipsius, & secutam consecrationem, vel saltem post lapsum temporis ad petendam confirmationem praefixi, vacant ipso jure praehabita beneficia; cap. Cum in cunctis 7. de elect. §. Cum vero. Rota p. 13. decr. 246. num. 2. Nisi praeventive concessa fuerit a Papae facultas ea retinendi. Rota diss. part. 14. decr. 246. num. 3. & part. 18. tom. 3. decr. 590. num. 10. & 12.

13 Octavo, per translationem Episcopi ad aliam ecclesiam illico vacat prior episcopatus a die, qua ipse in curia, seu in consistorio Papae absolvitur a vinculo prioris ecclesiae, atque auctoritate pontificia transfertur ad aliam, etiam ante expeditionem litterarum apostolicarum, vel adeptam possessionem secundae ecclesiae; & posteaquam hujus absolutiois notitiam Episcopus habuerit etiam ex testimonio, seu documento Secretarii Sacri Collegii; tenetur statim abstinere ab exercitio ordinariae jurisdictionis. Sic precise decrevit Sacra Congreg. Episcop. ut refert Barbo. lib. 3. juris ecclesiast. univers. cap. 14. n. 25. & in Collecaneis ad cap. 1. num. 5. de translat. episcop. ubi decretum adducit conceptum praecisus his verbis: "Die 14. Decembris 1624. Sacra Congregatio Illustrissimo Cardinalium negotiis Episcoporum proposita n. S. D. N. approbante, censuit ecclesiam, a qua volens transferatur, seu qua n. dimittit Episcopus, vacare ab eo tempore, quo idem Episcopus ab illius vinculo absolvi-tur in consistorio Sanctitatis suae, etiam ante expeditionem litterarum apostolicarum, vel adeptam possessionem secundae ecclesiae. Et postquam hujusmodi absolutiois notitiam habuerit Episcopus etiam ex testimonio, seu documento Secretarii Collegii, illico teneri eum
ERRAR. BIBLIOTHEC. TOM. I.

abstinere ab exercitio ordinariae jurisdictionis, eamque transire in capitulum tamquam Sede vacante; & ita posse, & debere capitulum statim ea jurisdictione uti, ut ac Vicarium juxta Tridentini Concilii praescritum eligere, sedemque vacantem publicare." Et sic colligitur ex c. In apibus 41. §. Ecce in quibus causis, caus. 7. quest. 1. cap. Si quis jam translatus 3. caus. 21. quest. 2. & Rota part. 1. decr. 475. num. 6. & seq. ubi sub n. 16. ostendit opinionem illorum, qui dixerunt non induci vacationem episcopatus, nisi post adeptam possessionem secundi, esse erroneam, veluti innixam auctoritati Gloss. in cap. Si quis translatus, quae loquitur de translatione abusiva.

14 Nono, vacat beneficium ob invaliditatem electionis, vel collationis factae; c. Cumana 50. cap. In Genesi 55. cap. Ecclesia vestra 57. de electione. Rota part. 12. decr. 292. n. 6. & decr. 304. num. 2. (Leg. 26. tit. 5. p. 1.)

15 Decimo, vacat ipso jure beneficium per electionis cessationem; cap. Consideravimus 10. cap. Super eo 12. de electione. (Leg. 17. tit. 5. part. 1.)

16 Undecimo, vacat per postulationis repulsionem; cap. Gratium 2. cap. Bonae memoriae 3. de postulati. Praelat. Extravog. Ex debito, §. Hujusmodi de electione.

17 Duodecimo, si electus intra mensem a tempore electionis ei praesentata, vel a tempore sibi praestituito, non consenserit electioni, nam tunc vacat Praelatura; cap. Quam sit, §. Electus vero 6. de elect. in 6. extravog. Si Religiosus eod. tit. inter commun.

18 Tertio decimo, si electus intra tres menses post consecrationem electionis praestitutum, non petierit confirmationem, nam ipso facto privatur jure sibi electione quaesito; cit. cap. Quam sit, §. Ceterum de elect. in 6. (Leg. 27. tit. 5. part. 1. Sex menses assignantur; eandem cum Gloss. D. Gregor. Lop. recognosce, & disparitatis ratio invenitur; hodie in hispania dum a regia persona beneficia providentur, juxta §. penult. Reg. Decretis 24. Septembris ann. 1784. Intra sex menses regiam nominationis Schedulam provisio obtinebunt, ad die ipsiusmet expeditionis in collationis sollicitudine intra duo ad Ordinarium sunt praesentandi; secus enim exclusionem patiuntur, & vacat beneficium.)

19 Quartodecimo, quando electus, vel praesentatus ante confirmationem vel institutionem per se vel per alium in ipsum se ingesserit, vel administraverit, nam eo ipso privatur jure sibi quaesito, & beneficium vacat ut prius; cap. Avantiæ ceteris 5. de electione, in 6.

20 Quintodecimo, per violentam ingressioem in possessionem beneficii perdit quis eo ipso jus, quod ad illud habet, & vacat ipso jure; cap. Eum qui 18. de prabendis in 6.

21 Sextodecimo, per violationem sequestri imposti vigore sententiae definitivae in romana curia prolate in causa beneficii; Clement. unic. de sequestration. possessionis, & proprietatis.

22 Decimo septimo, vacat ipso jure beneficium per alienationem rerum immobilium, aut pretiosarum ecclesiae, seu ipsius beneficii factam sine debitis solemnitatibus juris; extravog. Ambitiosa §. Inferiores vero, de rebus ecclesiasticis non alienandis inter communes.

23 Decimo octavo, vacat beneficium si habeatur post derelictio per decem annos; cap. Ex part. 8. de Clericis non residentibus, & Gloss. ibi: Per decem annorum spatium.

24 Decimo nono, vacat ipso jure beneficium per non ostensionem tituli, seu dispensationis coram Ordinario, postquam Beneficiatus fuerit monitus; cap. Ordinarii 3. de officio Ordinar. §. Quod si forte in 6. & ibi Gloss. verb. Eo ipso, & Concil. Trident. sess. 7. cap. 5.

25 Vigesimo, vacat ipso jure beneficium per depositionem, & privationem; cap. Ex lieris 10. & cap. Grave 25. de excessibus Praelat. (Leg. 17. tit. 9. 11. & 12. tit. 17. part. 1.)

26 Vigesimo primo, vacat ipso jure beneficium, immo & pensio Clerici tonsuram, & habitum clericalem non deferentis. Sixtus V. in constitutione incipit Cum Sacrosanctum.

(Circa praecedens assertum recognoscatur quod in addit. T 2 dii.)

- dit. hisp. verb. Clericus, insertur, præsertim vers. Pernecessè. Tales. Quas. Qui requisitis, sequent. & ultimo.)
- 27 Vigesimo secundo, vacat ipso iure beneficium per apprehensionem possessionis de beneficio collato à Papa ante literarum expeditionem. Julius III. in const. incip. Sanctissimus.
- 28 Vigesimo tertio, vacat beneficium ecclesiasticum ipso iure, sive per obitum, quando illud resignans non supervixit per viginti dies, iuxta regulam 19. Cancellarie, quæ inseribitur. *Regula de viginti*, nisi fuerit dictæ regulæ derogatum. Flamin. leg. 11. q. 14. n. 2.
- 29 Vigesimo quarto, vacat ipso iure beneficium ob non publicationem resignationis iuxta formam constitutionis Gregorii XIII. de publicandis resignationibus, incip. Humano vix iudicio.
- (Quamvis de materia temporali in tit. 2. lib. 7. Ord. Reg. & 4. l. 7. Rec. Cast. agatur: in eorum legibus præcipitur, officiorum publicarum renuntiationes subsistere, si, postquam sint factæ, renuntians per viginti dies supervixerit: intra triginta ante regulam personam in cuius favorem sit facta se presentaverit: intra sexaginta ante consilii oppidum, & simul possessionem adpiscatur, dummodo in termino nonaginta dierum post regulam presentationem titulum protulerit.)
- 30 Vigesimo quinto, vacat ipso iure beneficium curatum per concursum conferendum juxta Tridentinum sess. 24. c. 18. de reform. quando in ejus collatione non fuit servata forma præscripta in cons. S. Pii V. incip. In conferendis. (Videantur adnot. hispan. in hoc verb. & verb. Concursus, ceteraque in eisdem prænotata.)
- 31 Vigesimo sexto, vacat ipso iure omnia beneficia illorum, qui pro obtinendis aliis beneficiis, se ipsos fraudulentur per illis examini supponunt, aut beneficia impetrant pro aliis, ut ab eis aliquid consequantur, vel quando pro se ipsis impetrant beneficia cum intentione illa resignandi, reservata sibi pensione, vel ad favorem aliorum. Paul. IV. in cons. incip. Inter ceteras. (Ad rem leg. num. 25. insertæ.)
- 32 Vigesimo septimo, vacant ipso iure beneficia per confidentiam, seu simoniam confidentialem, qua quis, v. gr. alicui beneficium ecclesiasticum procurat, eligendo, presentando, resignando, confirmando; aut alia ratione, sub certa confidentia, seu pacto expresso, aut tacito, ut is qui beneficium accepturus est, illud ipsum sibi procuranti, aut alteri sibi benevisio, v. gr. fratri, nepoti, amico, cum fructibus, sive aliquam ipsorum portionem suo tempore cedat; omnia enim beneficia per hujusmodi simoniam confidentialem quoquo modo recepta, aut imposterum recipienda ipso iure à die receptionis vacare decrevit Pius IV. in cons. incip. Romanum Pontificem, & S. Pius V. in cons. incip. Intolerabilis. (Conducit lex 18. tit. 17. part. 1. in qua demonstratur quando ex utraque parte simonia contrahitur.)
- 33 Vigesimo octavo, vacant ipso iure beneficia retinentium indebite scripturas spectantes ad Camera apostolicam, illaque non restituentium; necnon scientium, & non revelantium; Sixtus V. in cons. incip. Non sine maximo. (Aliquid conducit lex 60. tit. 6. part. 1. vide verb. Degradatio.)
- 34 Vigesimo nono, vacat ipso iure beneficium propter crimen hæresis, cap. 1. Ad abolendam 9. de hæreticis, ibi: Totius ecclesiastici ordinis prerogativa nudetur, & sic omni officio, & beneficio spoliatus, &c. cap. Ut commissi 12. de hæreticis in 6. §. Privandi ibi: Privandi præterea, vel privatos nuntiandi dignitatibus, ac aliis beneficiis ecclesiasticis; & S. Pius V. in cons. incip. Cum ex Apostolatus.
- 35 Trigesimo, vacant ipso iure beneficia, quæ fuerunt obtepta per preces hæreticorum; cap. Quicumque 2. de hæreticis in 6. §. Ad hæc. (Leg. 2. tit. 1. lib. 4. For. Reg. 7. tit. 6. 4. tit. 26. part. 7. 3. & 4. tit. 3. lib. 8. Rec. Carrell. Consonat add. novissima hisp. verb. Apostasia, incip. Additio, pag. 146.)
- 36 Trigesimo primo, vacant ipso iure beneficia falsariorum falsificantium literas apostolicas; cap. Ad falsariorum 6. de crimine falsi. (Vid. sup. num. 33.)
- Trigesimo secundo, vacat ipso iure beneficium ob crimen simonia realis in eisdem consecutione commissum; & extrarog. Cum detestabile, de simonia inter communes, & S. Pius V. in cons. incip. Cum primum ibi: Quid beneficium, aut officium ecclesiasticum simoniae adeptus fuerit, ille similiter sit ipso iure privatur. (Vide supra num. 25.)
- Trigesimo tertio, vacant ipso iure beneficia committentium nefandum crimen sodomie, S. Pius V. in cons. incip. Horrendum illud. (Vide verb. Forum, in addit. hisp. verb. In nefando, & infr. verb. Luxuria num. 60.)
- Trigesimo quarto, vacant ipso iure beneficia Clericorum ob crimen assassinii per ipsum procurati, vel mandati; Pro humani redemptione 1. de homicid. in 6. (Vid. supra verb. Assassinus.)
- Trigesimo quinto, vacant ipso iure beneficia percipientium, capientium &c. Cardinalis Sacre Romanæ Ecclesiæ; cap. Felicis 5. de penis, §. Si quis vero in 6.
- Trigesimo sexto, vacant ipso iure beneficia occidentis, vel percipientis Episcopum, intelligit tamen de beneficiis obtentis in ecclesia, cui talis Episcopus præstet. cap. Felicis, & Clement. 1. de penis.
- Trigesimo septimo, vacant ipso iure beneficia, occidentis rectorem, aut alium Clericum sua ecclesia; intelligit tamen de beneficiis obtentis in ecclesia, ubi de hinc; cap. In quibusdam 12. de penis, §. Sacri; ibi: Sacri nihilominus Concilii approbatione statumus, quatenus si Beneficiari alicuius ecclesie; per se, vel per alios occidere, vel mutilare ausu nefando presumpserint... beneficium prorsus amittant.
- Trigesimo octavo, vacant ipso iure beneficia Clericorum inferiorum, qui cæceterant, captumque tenent Clericum, donec resignaverit suum beneficium; Clement. Mulorum, §. Quod inferiores de penis.
- Trigesimo nono, vacant ipso iure beneficia offendentium litigantes in romana Curia, eorumque Judices, Advocatos, Procuratores, Notarios, Testes, & alios; Alexander VII. in cons. incip. In eminenti.
- Quadragésimo, vacant ipso iure beneficia per collationem factam consanguineis, ut affinis; vel familiaribus collatoris, vel resignantis, de beneficiis resignatis in manibus Ordinarii; Gregor. XIII. in cons. incip. Humano vix iudicio.
- Beneficia, quoad renuntiationem, vel resignationem. Vide verb. Resignatio.
- Beneficiorum vacatio inducitur per solemnem professionis emissionem. Benedic. XIV. rom. 2. Bull. constit. incip. Ex quo. Vide supra num. 3.
- Beneficiorum resignationes cum reservatione pensionis, & pacto eam cassandi, prohibentur & annullantur; adjecta pena privationis beneficii, inhabilitationis ad alia assequenda, restitutionis pecunie &c. & irritantur cassationes, & extinctiones pensionum intra sex menses à capta possessione beneficii obtentæ. Item rom. 1. constit. 30. incip. In sublimi.
- Vacationis beneficiorum ipso iure, de quibus unice agit Auctor, ad quinque genera referri possunt; ad desertionem vel mutationem status clericalis, ad neglectam susceptionem ordinis annexorum, ad incompatibilitatem, ad impetrationem defectivam, seu irritam, & demum ad excepta quadam crimina.
- Desertio status clericalis multipliciter vacare possunt ipso iure beneficia. I. Matrimonio, licet nullo, præterquam tamen ex defectu consensus. Rota in Leonard. matrimonii 25. Februarii 1733. §. Ita quidem, cor. clar. memor. Corio.
- II. Militia; vide Card. de Luc. in adnot. ad Concil. Trident. disc. 12. n. 8. ubi limitat, si militia esset pro servitio Papæ, Sedisque apostolicæ, vel pro defendenda patria obsessa, & Rota Tarracon. benef. 3. Julii 1724. cor. clar. mem. Calcagn. quæ materiam plenius discutit.
- III. Dimissione habitus & tonsuræ clericalis, si standum sit constitutioni Cum sacrosanctam Sixti V. de qua post alias agit Laur. For. benef. p. 3. sect. 1. cap. 3. §. 2. quest. 187. per tot. Sunt tamen qui tenent, mox dictam constitutionem Sixti V. revocatam fuisse à Clemente VIII. Vide De Curs. diversor. iur. feudali. part. 2. cap.

- cap. 2. num. 91. De Marin. resolul. iur. lib. 1. cap. 56. per tot. Auctor Notar. in concordat. inter sanctam Sedem & Serenissimum utriusque Sicilia Regem, cap. 3. art. 1. num. 6. & sequent. Ceterum quidquid hujus sit, Beneficium XIII. in Bulla Catholica, jussit: "Quod Ordinarius locorum, ubi sita sunt beneficia ejusmodi, Clericorum vestes laicales deferentium impudentiam canonice remediis omnino coercant, & hunc in finem non modo possint, sed etiam debeant contra ipsos procedere per citationes, dimissa omni copia, quatenus domesticum habeant in eorum respective diocesis, sin minus per citationes ad valvas, jurisque ordine ceteroquin servato, sententiam declaratoriam privationis nobentiorum beneficiorum in ipsos terre & pronuntiare, ita tamen ut eadem beneficia juxta constitutionem felicis record. Sixti V. prædecessoris nostri incip. Cum sacrosanctam nostræ; ac Romani Pontificis per tempore existentis provisioni, ac omnimodo provisioni reserventur, & reservata censeantur." Addit, quod hi Clerici Beneficiarii habitum, & tonsuram clericalem admittentes, fructus, aut sententiam declaratoriam, immo ante quamlibet monitionem, vel citationem amittant.
- Hinc autem perspicuum est, quod vacant etiam ipso iure beneficia dimissionis habitus & tonsuræ clericalis, nam aliàs non sententia declaratoria, sed privatoria locum haberet, nec locus esse posset amissioni fructuum ante sententiam declaratoriam, tum ante quamlibet monitionem, vel citationem.
- Difficultas tamen adhuc superest circa probationem dimissionis habitus, & tonsuræ clericalis, tum tempus ejusdem dimissionis; Consule pro re nata Rota in S. Severini Canonici 4. Martii 1745. coram clar. memor. Millini.
- Mutatione status clericalis vacant ipso iure beneficia, si Clericus beneficia obtinens solemnem professionem emitat in aliquo ordine approbato Regularium; cap. Beneficium de regul. in 6. Illustrat hoc argumentum Rigant. in comment. ad regul. 46. Cancellar. per tot. Tenet Gagliard. de benef. cap. ult. num. 8. Jesuitas per sola vota simplicia emissa completo biennio probationis, non amittere beneficia, quæ antea obtinuerant; At Rigant. loc. cit. num. 32. hæc habet: "Verum tamen est, quod nec prescriptio Societatis in Congregatione generali 25. t. 59. completo probationis biennio priusquam vota simplicia præfata emitant, tenentur illius alumni beneficia, quæ prius habebant, resignare. Unde vacant nec vi supradictæ resignationis, & non aliunde."
- Et neglecta susceptione ordinum annexorum quando vacant beneficia ipso iure, tradit Laurent. For. benef. p. 3. sect. 1. cap. 2. quest. 185. per tot. Vide quoque Rota in Monasterien. Decanus 23. Januarii 1739. cor. bon. memor. Vicecom.
- Vacationem ipso iure producit etiam, ut dictum est, incompatibilitas. De vacatione vero ipso iure beneficiorum promoti ab episcopatum adi. Leur. For. benef. p. 3. sect. 1. cap. 2. §. 4. per tot. ubi & de vacatione prioris ecclesiæ per translationem Episcopi ad alteram ecclesiam.
- Quod vero ad beneficia inferiora incompatibilia spectat, per assuetionem secundi beneficii vacat prioribus, per assuetionem vero secundi incompatibilis non inducitur vacatio primi nisi subsequente possessione. Simplex enim collatio, ita ut tribut acceptanti jus irrevocabile quoad collatorem, non tamen productum jus in re ita validum, ut operetur vacationem primi. Vide Rota in Burgen. Canonici 10. Maji 1746. cor. clar. mem. Millin. & 6. Decembris ejusdem anni 1746. cor. R. P. D. Elephant. & 27. Junii 1747. cor. bon. mem. Vais.
- Quinimo requiritur pacifica possessio secundi beneficii incompatibilis per duos menses, tam de facto, quam de iure, ita ut sola molestia iudicialis, vel extrajudicialis sufficiat ad impediendam hanc vacationem; Rota in Asten. Canonici 4. Junii 1745. cor. bon. mem. Vicecomit. ubi quod saltem per Beneficium non steterit, quominus apprehenderit possessionem beneficii. (Ad rem leg. 17. tit. 11. part. 3. §. 2. tit. 9. part. 8.)
- Et, quod summopere notandum est, requirit insuper
- Rota in Compostellana Parochialis 26. Junii 1748. coram R. P. D. Caniliæ. & 23. Februarii 1750. coram Illustrissimo Migazzi, ultra pacificam possessionem per duos menses secundi beneficii incompatibilis, perceptionem emolumentorum tum primi, tum secundi beneficii.
- Gravis questio est, an ad vacationem primi beneficii sufficiat simplex collatio sine possessione, ubi non agitur de præjudicio ejus, cui fuit collatum secundum beneficium incompatibile, sed res est de duobus imperatoribus ejusdem primi beneficii, se invicem excludere satagentibus. Negativam sententiam tenuit Rota, & quidem ex professio in Monasterien. Canonici 9. Decemb. 1742. cor. clar. mem. Aldrov. 9. Junii 1713. cor. clar. mem. Scotti. & 12. Jan. 1714. cor. bon. mem. Cor.
- At affirmativam sententiam sequuntur est idem sacrum Tribunal, in Colonien. Parochialis 27. Jun. 1731. §. 11. & sequent. cor. clar. mem. Cincio, & recentius in Uladislavien. Canonici 21. Junii 1748. §. 22. & duob. sequent. coram Illustriss. Corrad. Hic vero non est omitendum, quod hæc ult. decisio fuit revocata die 24. Martii 1749. coram eodem, aliis tamen ex motivis. Quoad vero presentem questionem hæc habentur §. fin. dictæ decisionis: "Inutile hinc visum fuit dequirere, an iudici possit sequuta canonici vacatio in mense Martio reservato per simplicem tunc factam collationem alterius incompatibilis, licet provisus eo mense possessionem non apprehenderit, veluti sentit mea decisio, 25. 22. cum duobus seq. firmando induci ex ipso provisionis actu vacationem, quatenus agatur non cum proviso secundo, sed inter alios, quæ ceteroquin sic admissa conclusio impugnabatur proponendo monasterien. Canonici, &c."
- Nota demum, quod per assuetionem secundi beneficii incompatibilis vacat etiam Coadjutoria; Rota in dist. Asten. Canonici 4. Junii 1745. coram bon. mem. Vicecom.
- De vacatione beneficiorum ipso iure ob impetrationem defectivam, seu irritam, consule Gagliard. de benef. cap. ult. à num. 19. ad plur. seq. tum Rotam in Cracovien. Canonici 18. Martii 1746. coram Illustrissimo Caprara Alma urbis Gubernatore.
- Crimina quoque, propter quæ vacant ipso iure beneficia, ad numerum usque quatuordecimum recenset idem Gagliard. ubi supra à num. 26. ad num. 39. De iis ægere non patiuntur præfixi nobis limites additionis. ¶

ARTICULUS VIII.

Beneficia quoad eorum reservationem, seu affectionem.

SUMMARIUM.

- Quo sit beneficii reservatio, ad num. 5.
- Quid beneficii affectio, ad num. 9.
- Reservatio, & affectio beneficiorum in quo differant, ad num. 15.
- Quot modis beneficia reddantur affecta, ad num. 30.
- Quoniam sint beneficia Pape reservata, ad num. 77.
- Exceptiones nonnullæ in hac materia, ad num. 85.
- Subnectuntur additiones ex aliena manu, ad n. 99.
- RESERVATIO beneficii nihil aliud est, quam alicujus ecclesiastici beneficii vacaturi per habentem ad istud potestatem ad se facta advocatio; ita cum communi Rota p. 8. decis. 204. sub num. 1. Notanter autem dicitur per habentem ad istud potestatem, ut intelligatur, quod solus Papa in toto orbis possit beneficii sibi reservare, ut potes solus ipse plenariam circa omnia beneficia ecclesiastica totius mundi dispositionem habens; cap. Licet 2. de præbendis in 6. cap. Si Papa 10. §. Si autem de privilegiis in 6. Clem. unio. §. fin. Ut lite pendente. Et licet Papa communicaverit Episcopis facultatem conferendi beneficia suarum diocesium, sibi tamen reservavit, ut semper penes se major, & superior potestas remaneret; c. Duodum 14. §. Nos igitur, de præbendis in 6. Et Legatus à latere in sola sibi demandata provincia potest reservare suæ collationi beneficia vacatura, quæ ceteroquin potest con-